

40
7
D 80,1

Rubr. VIII. Nro. 419.

Gymnasial - Bibliothek

zu Cöthen.

Zusammensetzung des Inhalts:

- 1) De nigris ab rufis griffen: libata.
- 2) De tauris et tauris: Maximaq[ue]stas.
- 3) Vipos atlanticus. Euren.
- 4) De Theopelia et raburn. p 46.
- 5) De terra Hyperboraeorum p. 60.
- 6) De campis elysiet beatorum: inf. p 68.
- 7) De Amazonibus p 72. —
- 8) De palauibus Scythis p 81
- 9) De Gothorum et Scythic originis. p 97.
- 10) De argonautis p. 125.
- 11) De Minervia p 172.
- 12) De Hercule p 189 —
- 13) De Aphir. p 198 —
- 14) Graze: de griffen et sprunghörnig. Paus. ad dies.
- 15) Lampendium theal: dogmat: aut: Sangkuri.
- 16) Pracaymica dogmatum. . . . ab eadem.

COMPENDIVM
THEOLOGIAE
DOGMATICAЕ

CVM

ALLEGATIONIBVS L. L. SYMB.

AD EDIT. RECHENBERGII

S V B I V N C T I S A N T I T H E S I B V S

N E C N O N

O F F I C I O R V M E T C O N S O L A T I O N V M

Q V I B V S D A M G E N E R I B V S

A V C T O R E

I O . C H R I S T I A N L A N G B E I N

L Y C E I A R N S T A D . C O N R E C T O R E .



E R F V R T I

L I T E R I S S A V E R L A E N D E R I A N I S

M D C C L X .

S V M T I B V S A V C T O R I S .

THEOLOGIAE DOGMATICA E COMPENSIATA

ILLVSTRISSIMIS
ATQVE
EXCELLENTISSIMIS
DOMINIS
DOMINO
MAXIMILIANO ERNST
DE HOPFGARTEN

SERENISSIMI PRINCIPIS SCHWARZBURGIAE A
CONSILIIS INTIMIS CANCELLARIO ET PRO-
TOSYNEDRII, QVOD SONDERSHVSÆ EST,
PRAESIDI, SUPREMO AVLAE MARESCHAL-
LO, DYNASTÆ SCHLOTHEIMII
CET.

DOMINO
JOHANNI CHRISTOPH
HARTVNG

IVR. VTR. DOCT. ET COMIT. PALAT. CAESAR.

SERENISSIMI PRINCIPIS SCHWARZBURGIAE
A CONSILIIS INTIMIS, CANCELLARIO ET HA-
GIOSYNEDRII ARNSTADIENSIS PRAESI-
DI DYNASTÆ BREITENBACHII MIN.
ET WULFERSHVSI.
MAECENATIBVS.

Quos
Principi Patri patriae
Amicissimos
Sebwarzburgiae lumina
Oracula ciuium
Sera seculi tempora
Excipient
Vitam beatissimam viuentes
Munerum grauissimorum
Felicissima administracione
Gaudentes
Deum Optimum Maximum
Ardentissime etiam atque etiam
Precibus
Vti debet
Orat exorat
Quorum
Benevolentiae atque Patrocinio
Bono cuilibet non denegato
se
vult
Debita animi submissione
Summo opere commendatum
Hanc tenui oratione scripturam
Non parui momenti materiam
Munus leuidense
Nominum illustrium monum...
Obsequiosissimi cultus documentum
Dare dedicare
En
Non pudet
sed
Suffinet
Au Et or.



L. B.



ua ducitur studiosa, ad ar-
tium cognitionem liberalium,
iuuentus, via, si impedimentis,
quibus vel vires humanae a-
mouendis sufficiunt, careret, non pessi-
me, arbitror, scholarum consultum foret
saluti. Inter alia multa quibus implica-
ta tenetur res scholaistica, non in postremis
habendum esse videtur, si non egregie ac
praeceps etera, sed mediocriter quae ad
Deum et cognoscendum et colendum perii-
nent, sacris in his officinis tractantur.
יראת יהוה ראשית רעה inquit Salomo
Prou. i, 7. ad quem locum conferri meren-
tur

¶ L. P. E. ¶

zur Biblia Parallello - Harmonico - Exegetica
Willischii. Doctrina, sicuti reliquarum
scientiarum, ita Theologiae, magno opere
adjuuatur compendiis, quae vere dicuntur,
neque ut desit, quod silentio praetermitti ha-
berique neglegi nefas sit; neque supersit,
quod te nescire non admodum labores, sed
facile careas. Id quod, quomodo capiendum,
me non monente, qui quis vel minima rerum
notitia imbusus, coniectando affequetur.
Quae nimirum disciplinae ambitu comprehen-
duntur, capita, eorumque praecipua mo-
menta, huius generis libellis, quorum du-
ctum sequantur docentes, contineri necesse
est; quibus ut tractandis omnis opera: ita
absoluendis non iusto plus temporis impenda-
tur, quod vtique ratio docenda in scholis
postulare videtur, ne discendi ardor frige-
scat. Ad haec, cum certum sit, ordine
perueniri, quo labore et longo et multo non
datur: Eo sibi inuicem dogmata, quae tra-
duntur, nexus iuncta sint atque copulata,
quo

¶ * ¶

quo in animis discentium, quasi systema, et iam si methodo, quam dicunt Mathematica, non adhibita, existat, quod et oculi et animus, primo intuitu, complecti possit et assertuare. Satis prudenter, opinor, quod me quondam auditorem iuuat meminisse, publice monuit, D. Christian Gottlieb Ioecherus, id Scholarum, inquiens, magistris solum dari negotii, ambagibus ne vtantur. Id quod et verba et argumenta spectare puto. Sufficiant in Theologia rationes, ex reuelatione desumptae, nisi si necessitatis est, vnam et item alteram aliunde petere. Multum et futuro concionatori et cuilibet Christiano prodesse credo, sacrorum tenere apparatus effatorum, quae quidem, eam ab causam vernacula exprimere ausus sum: quoniam, teste experientia, si latine discuntur, parum utilitatis praestant iuuibus. Evidem non improbo, si qui sunt, qui callent, ea ex fontibus recitare, vel saltem inde lucem illis affundere. Non abs re visum est,

):

prae-

praeter ea, quae ad docendum valent, etiam
quod quidem ad rem scholasticam pertinere
existimo, subiicere, quae animos, ardore
descendi flagrantes et delectare possint et mo-
uere. Illud in cognoscendis aduersariorum o-
pinionibus; hoc perinde in pietate excitanda
ac mentibus solatio iuuandis situm esse, quis
est, qui neget? Non ignorantur mibi quo-
rundam Academicorum doctorum desideria,
qui scholasticas institutiones a suis non pror-
sus alienas optant. Tantum vero, ni fal-
lor, abest, vi qui ex praceptoribus Hutteria-
nis Theologiam tradunt, his satisfaciant:
vt Academiam abeuntes quasi nouam discere
sibi videantur. Ut taceamus defectum ordi-
nis et omissa, quae initia sanctioris doctrinae
concernunt; Plura definiri, alia e. item, ne di-
cam rectius, saltem breuius; nonnuia ac-
curatius distingui oportuit (Loc. 1. Q. 6.)
nisi fundamentum diuisionis substernere velis
manifestationem Christi per literas. Non
desunt, ubi aliud quaeritur, aliud respon-
de-

¶ XXII

detur, (L. 26. Q. 1.) Aut non determinate satis sit interrogatio (L. 5. Q. 3.) Imo contra Dei simplicitatem pugnare puto, vbi ad quaestione, ex qua materia angeli sint conditi, responsionem fieri legimus (L. 5. Q. 3.): Non ex ipsa Dei essentia, sic enim Dii essent. Quibus verbis id fieri posse tacite conceditur: Hasce interim libello dotes, quod pleraque ipsius; Symbolorum nostrae ecclesiae sunt verba, haud denegauerim; quae quidem ad legendum, relegendumque ea, qua decet, animi attentione, nobis esse tradita pro comperto habemus. Qui igitur mos est paucis praefari sustinui. Acerto autem sensu et vero iudicantibus de nobis, qualis cunque haec opella, si, quam probent videbitur: ex iuum laboris fructum cepisse arbitrabor. Quod superest, qui mihi hanc et bac methodo doctrinam tradenti faciles praebuerre aures, hos non dubito, quin et in posterum, diuina fauente gratia tales sint praebituri, maxime cum his praeceptis non tri-

: (5) buen-

¶ X * X ¶

buendum esse conso, ut quo difficiliori ne-
gotio quae didicerint, eo faciliori non longo
temporis interuallo obliuiscantur. In qui-
bus quamuis breuibus hanc rationem teneo,
ut maxime necessaria necessariis, pree-
termittere solemnis sit mihi con-
suetudo.





Praecognita.

§.. 1.

Praecipua hominis cognitio est de felicitate, salute et adeo summo bono consequendo. Principia cognitionis humanae sunt vel ratio, vel reuelatio. Imperfetta rationis cognitio emendatur reuelatione. Praeparationes mentis per veritates rationis ad capiendas veritates reuelationis audiunt. *Praecognita.*

I. Praec. *De existentia Dei per naturam cognoscendi ne dubites.*

§. 2. *Quid est Deus?*

Substantia intelligens et necessaria, id est aeterna, quae a mundo est diuersa, et huius efficiens causa.

§. 3. *Quas veritates de Deo conuincendus non neget?*

1) Mundus per causam a se diuersam conditus est. 2) Cuius non-esse cogitari potest, id aliquando non fuit. v. c. vt huius vel illius aedificii, ita totius vniuersi 3) Series causarum et effectuum non datur. v. c. vt

A

alii

alii primi fuerunt, ita alii erunt postremi hominum. 4) Homo, qui contra rationem peccat, stulte agit, nec, si potentiores offendit damnumque incurrit, excusationem habet. Ex quo axiomate etiam sequitur, summam esse stultitiam credere, multa fieri casu, id est, ente rationali non dirigente.

§. 4. *Vnde argumenta demonstrantia (Darauf die Betrachtung der Welt führet,) pro existentia Dei petimus?*

1) Ex rebus simplicibus, quibus corpora constant, quae cum sint finitae, rationem existentiae in ente infinito habent. 2) Ex mutationum, quae secundum leges eueniunt, serie. Quae cum infinita non datur, a causa aeterna et libere agente, pender. 3) Ex serie motuum, qui primam eamque intelligentem causam requirunt. 4) Ex mundi contingentia, entis necessarii argumento. 5) Ex serie causarum vniuersarum, (einiformigen) quales sunt animalia, plantae et arbores, quae semper gignunt sui similes. 6) Ex ordine et nexu regulari huius vniuersi, vbi conspicitur a) Similitudo partium elementorum. b) nec non artificium et ordo in corporibus organicis animalium, plantarum et arborum. c) Partium huius vniuersi ad se inuicem respectus.

§. 5.

§. 5. *Vnde petuntur, argumenta probabilia
(der Glaubwürdigkeit und Empfin-
dung.)*

1. *Ex historia.* Si genus hominum esset ab aeterno: cur non ore aut scripto aliquid nobis innotesceret ex rebus vel ante decies mille, aut etiam plures annos gestis. 2. Ex conscientia et legis naturae norma, quæ, quid iustum aut aequum sit, nobis praescribit, ita ut male factorum conscientia dolorem; recte factorum laetitiam afferat. Hanc legem dedisse Deum, agnoscimus, simul ac eius notio nem percipimus. His vulgo additur communis gentium opinio de Deo.

§. 6. *Quale numen ex his relinquitur?*

Non solum, quod summa intelligentia, sapientia, liberrima voluntate, potentiaque agendi illimitata, gaudet: sed et tanta bonitatis, sanctitatis et iustitiae documenta, impressit hominum menti, ut ad vitam, quae etiam post mortem futura est, possit concludi: quoniam in hac vita, vel remunerandis, vel puniendis actionibus hominum, iustitia Dei non satis apparet.

§. 7. *Quae est hominis ad hunc Deum ratio?*

Vt ad eum colendum i. e. ad religionem obligetur.

* §. 8. *Quotuplici sensu sumitur religio?*

1. *Impropriæ* notat qualemcumque Dei cultum, etiam superstitionem quo referri debent Ethnicismus, Judaismus nouus et Mo-

hammedismus. 2. Specialiori Messianum s. Christianum. Alios Christianos dicunt orientales, alias occidentales, in his Lutherani, Reformati & Pontificii inter se dissentient. 3. Specialissimo dicenda est religio, quae quidem sectanda, quae non solum veram reuelationem amplectitur; sed et in ea explicanda, nihil tradit, quod vel desperandi, vel secure vivendi ansam praebeat. Nam veram religionem vnam eamque tutissimam ad veram animi, et tranquillitatem et voluptatem adeoque aeternam salutem consequendam, esse viam debere, qui neget, credo fore neminem.

§. 9. ANTHITESIS.

1. Deum esse negant a) Athei vel theoretici Irrende, vel practici, Ruchlose, Pf. 14, 1. b) Semi-Athei, minus recte de numine sentientes; aut in subjecto, nescio quo v. c. in fole inesse putantes. vt Ethnici. 2. Nihil inter esse, quomodo colatur, a Indiffer.

§. 10. Officia. 1. Caue dementiae procedas eo, vt Deum esse vel addubites, nedum pernages. 2. Hunc timere, huic obsequi, vti oportet, ita libenter velis.

Solatia. 1. Fons omnis solatii est religio. 2. Vera religione nihil pretiosius.

§. 11. II. Praecognitum: Certo tibi persuaderas, naturalem Dei cognitionem ad veram felicitatem et salutem aeternam consequendam non sufficere ideoque reuelationem specialem desiderari.

§. 12.

De Existentia Dei.

5

§. 12. *Quomodo se habet theologianaturalis in homine?*

1. Quod ad insitum homini diuinitatis sensum aitinet, licet non penitus extingui possit, neglecta tamen rationis cultura, obliterari, prauis opinionibus, affectibusque deprauari posse, vt ad tempus, aut videatur, eum deperdidisse, aut, nescio quid, pro Deo apprehendere valeat homo, historia et experientia loquuntur.

2. Quod ad acquisitam Dei cognitionem, eam maxima pars hominum vel plane praeterire ac fastidire, vel tam lento gradu hanc viam calcare solet, vt, si sola hac Deus sit cognoscendus ante innumeros mors occuparet, quam Deum cognoscerent.

§. 13. *Ex tanto animi stupore excitantur?*

Reuelatione, quae si vel nullas, quas ratio, non tandem assequeretur, veritates monstraret, rudioribus tamen et tardioribus esset commodissima, et saltem, hanc ob causam non superuacanea: quoniam sine ratiociniis, quibus non adsueti sunt, notitiam Dei discerent.

Reuelatio differt ab inspiratione. Proprie quid sit illa vid. §. 21. Haec §. 38. Omnia itaque reuelata sunt quidem inspirata, sed non omnia inspirata sunt reuelata.

§. 14. *Nonne fieri potest, ut homo mentis acuminę tandem eo penetret, ut felicitatis et salutis viam cognoscat?*

Hoc tantum abest, ut hominem de statu suo misero conuictum relinquat. N. m. i. Obligationis

A 3

gationis

gationis erga Deum et homines violatae eum accusat. 2. Num et quomodo reparari male admissa possint, nullis ratiociniis alsequi valet. Neque enim sacrificia sola, neque poenitentiam solam ad culpam antiquam expiandam et ad nouas deuitandas sufficere, ratio videt. 3. Spes misericordiae diuinae, nisi iustitiae Dei satis fiat, nulla est.

§. 15. *Quis igitur Theologiae naturalis usus est.*

1. Ut animum, de culpa sua anxium ad optandam et quaerendam reuelationem manuducat. 2. Ut cautione instruat, ne falsa reuelatio pro vera admittatur.

§. 16. *Possuntne veritates per rationem non alsequendae, cum muente hominum communiciari?*

Non est dubium, quin Deus propter infinitam potentiam id facere possit, et propter perfectissimam sapientiam reparandæ, sine iustitiae detimento, salutis, modum sciat.

§. 17. *Ostende, Deum hoc facere voluisse?*

Voluisse Deum, reuelatione tali, carcere genuis humanum, sine qua mortalibus, nulla, nisi tremenda expectatio esse potest, culparum infinitarum, vi iustitiae diuinae indubie lendarum; tantum abest, ut cum summa ipsius bonitate, conciliare valeat sana ratio, ut summa cum probabilitate concludatur, summae eius bonitati, voluntatem eum modum, cum ho-

hominibus communicandi, non defuisse. Idque eo magis, quo evidenteriora, in tolerandis peccatoribus, apparent indicia Entis summi, optima quaeque pro iisdem adhuc mediantis.

§. 18. Quid de possibiliate et probabilitate revelationis non dubitantem facere oportet?

Inquirat, num et ubi existet. Inuentam examinet, num gaudeat verae criteris. Veram iudicatam disceat et sequatur.

ANTITHESIS.

Sententiam §. 11. negant Naturalistae.

§. 19. Officia 1. Doleas de nulla re magis quam te ipso, homo natus. 2. Laetere nulla re magis, quam revelatione Ps. 119, 162.

Solatia 1. Optime consulitur tibi data revelatione. 2. Certissime felix eris et saluus, revelationem qui sequeris.

§. 20. III. Praecognitum: Solicitus sis de criteriis, quibus revelatio vera, ab omnibus aliis, quae falso sic perhibentur discernatur et credas, ipsam hanc Scriptura s. contineri.

§. 21. Quid est revelatio? Diuina cum mente hominum communicatio veritatum, ad cognitionem Dei cultusque diuini et ad peccatoris cum Deo reconciliationem efficacemque emendationem spectantium, quas sola ratio non assequitur.

§. 22. Quali communicandi modo Deum suisse vsum, mente concipere licet?

Eo qui viis prouidentiae eius reliquis sit conuenientissimus et ad finem obtinendum

accommo^datissimus. V^sus quidem est signis, quibus alioquin intellectus humanus vti solet, verbis nempe.

§. 23. Quot dantur modi veritates diuinas propagandi?

Tres: Vel vt singulis hominibus obtingerent; vel vt paucis hominibus factae, deinde traditione et ore tenus ad alios propagarentur; vel vt nonnullis communicata e scriptis mandarentur et sic posteritati innotescerent.

§. 24. Quem Deus ex his tribus elegisse videtur?

Tertium. Primus enim ex perpetuis miraculis contextus sapientiae diuinae non respondet. Alter dubitationi et inconstantiae reuelationem exponeret.

§. 25. Quid de reuelationibus non scriptis statuendum?

Si quis tales jactet, habeat sibi. Alii vero istis vel vt falsis, vel superuacaneis non habent fidem.

§. 26. Quaenam reuelationes scriptae peribentur?

Christiana, noua Judaeorum et Moham medica. Ex quibus prima illa, huius est indolis, vt in illa criteria insint, quibus ab imposturis humanis euidenter possit discerni.

§. 27. Quotuplicia sunt criteria verae reuel?

I. Fidei humanae (der Glaubwürdigkeit);
 1) Antiquitas librorum et aetas scriptorum, rebus gestis coaeua. 2) Testimonium perpetuum et consensus ecclesiae Judaicae et Christianae, 3) Testimonium ipsorum hostium, fuerunt,

4) Auctorum sinceritas summa, a quibus abfuerunt, omnia fallere volendi irritamenta, omnisque dissimulatio. Nec potuissent, si vel etiam voluissent. 5) Summus auctorum inter se consensus non uno loco aut tempore dicentium vel scribentium.

II. *Diuinae originis.* a) *Externa* 1. Mira-cula, prorsus non suspecta. 2. Vaticinia euentu indubio comprobata. 3. Fata scri-pturae, quae mirabiliter semper est conser-vata, celerrime propagata et grauissime in hostes vindicata. 4. Martyrum cuiuslibet ge-neris aetatis et sexus constantia.

b. *Interna* 1. Consensus cum veritatibus theologiae naturalis. 2. Sublimitas dogma-tum s. mysteria. 3. Rerum et verborum sanctitas. 4. Internum Spiritus s. testimo-nium in animis legentium et audientium.

ANTITHESSES.

Ad §. 25. a. Reuelationes non scriptas ad salutem necessarias aff. Enthusiastae. b. Le-gem oralem p[re]ferendam legi scriptae a. Iudaei.

Ad §. 27. 1. Diuinitatem reuelationis di-ctis criteriis posse demonstrari n. Pont. 2. Miracula esse effectus naturales a. Empae-ctae.

§. 28. Officia 1. Laudibus extollas Numen huius beneficii causa Ps. 119, 7. Ich dancke dir. 2. Ne latum quidem vnguem a reuelatione discedas Ios. 1, 2. Laß das Buch.

A 5

Sola-

Solatia 1. *Quanta Dei in promouenda nostra salute contentio!* Io 14, 21. 23. Vermeine. 2. *Reuelatio non fallit, siue credas, siue neges.*

§. 29. IV. *Praecognitum: Discas indolem scripturae s. principii Theologiae.*

§. 30. *Quid est scriptura s. quam dicunt Biblia?*

Complexus librorum, quibus contineatur verbum Dei in spiratum, speciatim vera de salute reuelatio.

§. 31. *Quomodo diuiditur scriptura s.?* I. *Ratione temporis in vetus et N. T.*

a. *Testamenta sunt*, quorum summa est pactum illud Dei cum hominibus, quod nititur merito Messiae, quatenus vel venturus erat, vel iam in natura humana manifestatus est.

b. *Vtriusque libri sunt vel Historici V. a Genesiad Estherem N. a Matth ad Acta Apost. vel Dogmatici V. ab Hiobo ad Cant. Cant. N. ab Ep. ad Rom. ad Ep. Iudae, quae sunt aut catholicae aut particulares, vel Prophetici V. a Iesia ad Malachiam Prophetae sunt 4. maiores et 12. minores in Nunicus est Apocalypsis.*

יְהוָה תֹּרֶה
(priores Ios. Iud. Sam. Reg. et posteriores rel.) כְּחֻכִּים
(Psl. Prou. Hiob. Cant. Ruth. Thr. Eccl. Esth. Dan. Estra. Neh. Chron.)

§. 32. *Ratione materiae in legem et euangelium. Lex praecepit officia. Euangelium pro-*

propter meritum Christi annunciat gratiam
et remissionem peccatorum. Apol 60. 94.

§. 33. Ratione auctoritatis in libros a)
Canonicos. unde dicuntur? A canone Gal. 6, 16.
Und wie viel. Proprietates sunt: vt auctori-
tatem habeat ex se, erroris sit expers et im-
mutabilis.

Quid sunt? Diuinitus inspirati. Sed non
omnes diuinitus inspirati debuerunt esse ca-
nonici.

Quaenam sunt auctoritatis canonicae criteria?
Quoad V. T. 1. Testimonium et consensus
ecclesiae Iudaicae et primaueae, eiusque pu-
rioris Christianae. 2. Idioma linguae Hebrai-
cae et Chaldaicae. 3. Allegationes et Allusio-
nes N. T.

Quoad N. T. 1. Consensus primaueae eccl-
esiae. 2. Idioma Graecaelinguae. 3. Comple-
mentum et allegationes oraculorum V. T.

b. *Apocryphos. Unde dicuntur?* Quia in cry-
ptam illam, in qua diuinitus inspirati, in ar-
ca foederis olim ponebantur, non solebant
inferri.

Quid sunt? Qui humano spiritu scripti vi-
tiis erroribusque sunt obnoxii, nec non re-
liquis canonicae auctoritatis criteriis carent.

Nonne etiam dantur libri apocr. N. T.? Non
Quamquam vetusti impostores quasdam epi-
stolas Christo, Mariae et praeter illas quas
in manibus habemus, alias Apostolis tribue-
rint.

In-

Interim veteres nominabant ~~deuteronovis~~, de quorum scriptoribus aliquamdiu non constitit v. c. Ep. ad Hebr. Iacobi, Iudee et Apoc. reliquos ~~neotonavivis~~.

§. 34. *Quinam libri post Scripturam s. maxime sunt auctoritatis?*

Symbola ecclesiae, quae sunt breues, in verbo Dei fundatae et auctoritate publica confirmatae confessiones fidei christiana et orthodoxae, quibus coetus verae religioni addictus a dissentientibus distinguitur.

§. 35. *Quotuplicis sunt symbola?*

Duplicia a. *Catholica*, qua vnamini totius ecclesiae consensu sunt approbata. Quorum tria sunt, Apostolicum *) Nicaenum **) Athanasianum ***) Epit. 371. Dect. 632.

*) Quod habet doctrinam Apostolorum, non eos autores **) In concilio Nicaeno confitatum ***) Ex scriptis Athanasii collectum.

b. *Particularia*, quae paucarum quarundam ecclesiarum iudicio et applausu sunt accepta, quorum Lutheranis sunt quinque: Confessio Augustana minime mutata *) Eiusdem Apologia **) Articuli Smalcaldie ***) Maior minorque Catechismus Lutheri †) Formula Christiana concordiae. ††)

*) In comitiis Augustanis 1530. d. 25 Jun. Carolo V. Imper exhibita **) Quae consultationem, A. Conf. a Pontificiis consarcinatam refelleret. ***) A. Luther in conuentu Smalcaldiensi 1537. conscri-

scripti, ut, si liberum concilium haberetur, capita doctrinae controversiae exhiberentur.

†) Continens summa verae religionis capita in gratiam parochorum et auditorum maxime simplicium conscriptus ††) Torgae per 6. Theologos 1576, conscriptus in coenobio Bergensi 1577. reuissus tandemque Dresdae 1580. publicatus, quae religionis controversias post reformationem ortas continet et refellit Constat Epitome Atticulorum et solida Declaratione

Reliqua patrum et doctorum de religione scripta vicem testimonii sustinent. Epit. 570-572. Decl. 635.

§. 36. *Quomodo libri scripturae s. et symbolici differunt?*

Vulgo dicitur ut norma normans et normata.

§. 37. *Quaenam præterea circa scripturam s. expendenda sunt?*

I. *Auctor primarius*, Deus Rom. 3, 2. *Io-*
ne ist. Apoc. 19, 9. *dis* sind. singillatim Sp. s.
2. Sam. 32, 2. *der Geist des Hebr.* 3, 7. *Der*
Heil. Geist spricht.

§. 38. II. *Scriptores Prophetæ et Apostoli*,
per quos Sp. s. scripsit et locutus est 2. Sam.
23, 2. 1. Familiariter eos alloquendo Exod.
33, 11. *Der Herr redete.* 2. Petr. 1, 16-20.
2. Modo cogitandi et loquendi cuilibet pro-
prio vim non inferendo 2. Cor. 5, 20. *So*
sind wir, Ps. 45, 2. *Meine Zunge* 3. Ab om-
ni errore inter scribendum eos conseruando
Ios. 23, 14. *Siehe ich gehe* 4. *Quae mente ex-*
ciderant suggestendo Io. 14, 26. *Aber der*
Lord

Troster. §. Quae neque audierant neque vi-
derant, patefaciendo 1. Cor. 2, 9. 10. das
sein. Ex his cognoscas, quid sit inspiratio di-
uina.

§. 39. III. Materia sunt verba et literae,
quorum utrumque Sp. s. suggestit Matth. 10,
19. 20. wenn sie euch. Act. 2, 4. Und wur-
den.

§. 40. IV. Forma est sensus s. ille rerum
conceptus, quem Sp. s. per verba, per que-
res verbis comprehensas, hominibus intelligendum exhibit Matth. 16,23. Du meynest.
1. Sam. 20, 20. 22.

§. 41. Affectiones quoad verba perspi-
cuitas; quoad sensum vis et efficacia; quo-
ad constitutionem integritas; quoad finem
sufficientia.

§. 42. *Vnde patet Perspicuitas?*

a) Quia verbis humanis iisque delectis
scripta est, 1. Cor. 14, 9. Wenn ihr mit. b)
Ab omni obscuritate longe remota est Rom.
10, 8. Das Wort ist. Haec perspicuitas di-
citur externa. c) Verbis humanis diuina
vis ac lux coniuncta est 2. Petr. 1, 19. Wir
haben.

§. 43. *Quibus in rebus perspicua est?*

Generatim in omnibus scitu necessariis.
Speciatim in iis, quae ad fidem et vitae men-
dationem pertinent.

Distinguendum est inter obscuritatem ob-
jectivam et subjectivam.

§. 44.

§. 44. *Vnde patet efficacia?*

- a) Quia hominem viribus supernaturali-
bus instruit 2. Tim. 3, 16. 17. Alle Schrift.
- b) Intellectum illuminat 2. Cor. 4, 6. Gott
der da.
- c) Voluntatem mouet conuertit et
sanctificat 1. Petr. 1, 23. Die da.

§. 45. *Quid est integritas?*

Ut neque per malitiam Iudeorum, neque per imprudentiam librariorum codex s. aut corruptione, aut defectu aliquo libri, aut partis labore. Quod patet generatim ex singulari Dei prouidentia Matth. 5, 14. His dafß. Speciatim quoad V.T. ex silentio Christi et Apostolorum nec non studio Masoretharum. Quoad N.T. ex vigilantia doctorum primae ecclesiae, quae circa dictum 1. Io. 5, 7. vindicandum se conspiciendam de-
dit.

§. 46. *Nonne integratib[us] obstat mentio libro-
rum, quos indicatos legimus Num. 21, 14. Iudee.
14. aliorumque, quorum nomine nullus in Scri-
ptura s. inscribiur?* Non: Vel enim adhuc
codice s. continentur, vel minus Geon[es]eus[or],
vel saltem non canonici fuerunt.

§. 47. *Nonne variantes lectio[n]es?* Aequem
minus. His ipsis enim vera lectio habetur,
circumstantiis textus rite consideratis.

§. 48. *Quid est sufficientia?*

Qua nihil in scriptura L deficit, quod ad
salutem consequendam pertinet Deut. 4, 2.
Ihr sollt nichts.

§. 49.

§. 49. *Quaenam ex dictis affectionibus possunt concludi?*

1. Scripturam S. esse principium Theologiae Io. 17, 17. Dein Wort. 2. Vnicam normam et regulam fidei atque morum Gal. 6, 16. Wie viel. 3. Vnicam controversiarum iudicem in rebus diuinis Matth. 4, 4. Und Jesus - es steht. 4. Lectu etiam Laicis necessariam Io. 5, 39. Suchet.

§. 50. *Nam etiam versiones Scripturae sunt verbum Dei?*

Sunt. 1) Nam formale idem versionibus repraesentatur; quantum ad salutem sufficit Act. 8, 32. Der Inhalt der Schrift. 2) Apostoli miraculosa linguarum peritia instructi vnicuique in sua lingua voluntatem Dei annunciauerunt Act. 2, 11. Jüden und.

§. 51. *De Theologia S. S. Principiato.*

Quid est theologia revelata?

Cognitio *) Dei ex verbo diuino rite hausta genuino nexus demonstrata et aduersus dissentientes confirmata.

*) Regenitis dici potest habitus *Theologos* practicus.

§. 52. *Nonne cognitio simplicissimi cuiusque facit Theologum?*

Non: Requiritur exquisitior quidam cognitionis diuinae gradus in doctore, quem proprius Theologum dicimus. 2. Tim. 2,2. Was du von.

Aequo

Aerque minus sola fides efficit Theolo-
gum.

§. 53. *Quomodo uniuersa Theologia diui-
ditur?*

1. Conceptu hominum de Deo in veram et falsam. 2. Principio in naturalem et reuelatam. Illa est vel innata, vel acquisita. 3. Materia in theticam s. dogmaticam et moralem. 4. Tractatione in Polemicam, Evangelicam, Epistolicam, Catecheticam, Paracleticam, Asceticam, Casuisticam, Pastoralem, Hymnicam, Symbolicam, Patristicam, Definitiuam, Systematicam etc.

Dividunt etiam perfectione, in primigeniam s. archetypam, et deriuatam s. ectypam. Illam dicunt esse in Deo; hanc in Christo homine, angelis et hominibus. Quae diuisio a scopo est aliena; quoniam hic loci agitur tantum de theologia hominum, vel ut alii dicere consueuerint, viatorum.

§. 54. *Quot partibus Theologia dogmatica
absolutitur?*

Tribus. Prima pars agit de Deo saluante, qui dicitur finis obiectius, considerandus secundum existentiam, essentiam, personarum Trinitatem, opera et fruitionem. Opera Dei sunt vel opera ad intra, vel interna, vel ad extra, haec quidem creatio et conseruatio s. prouidentia. Praecipui creationis effectus sunt angeli et homines, vtrique ad imaginem Dei conditi. Fruitione Dei s.

vita aeterna, cuius hic datur praegustus, audit finis formalis, cui aduersa est aeterna damnatio. Antecedunt his quatuor nouissima: mors, resurrectio, iudicium extremum et consummatio seculi.

§. 55 Altera pars est de homine peccatore saluando, cuius quinque sunt status: Innocentiae, lapsus s. irae, restitutionis in gratiam confirmationis in bono, obdurationis in malo.

§. 56. Tertia parte continetur ratio salutis reparanda. Cui quidem rei tota Trinitas suum contribuit.

Pater, primum salutis principium, gratia, ex cuius, cessante operum foedere, saluos fieri homines decrevit. Deinde praedestinazione ad salutem, quos in fide persecuturos ad vitae finem, praeuicit; opponitur huic reprobatio.

Filius, salutis fundamentum, merito.

Spiritus Sanctus, salutis consequendae dux et auxiliator, applicatione meriti. Quae fieri solet:

1. Ordine fidei. (dicitur medium $\lambda\eta\pi\tau\mu\nu$) Vbi notantur Sp. s.

a) Actus gratosi, quorum duo hominem ad fidem praeparant: vocatio et illuminatio intellectus. Vnus eam constituit, regeneratio voluntatis, quae cum iteratur, conuersio appellatur poenitentialis. Duo sequuntur, renouatio et conseruatio.

b) Be-

b) Beneficia gratisa quo referuntur iustificatio fructusque ipsius. Sunt vero vno mystica; Adoptio diuina; Pax cum Deo et gaudium in Spiritu s. Spes certa salutis; Libertas Christiana. Iustificatio ne nititur, potestas clavum. Vno nomine appellantur gradus gratiae, in quibus iustificatio est post regenerationem.

2) Mediis, a Deo ordinatis, verbo et sacramentis, (dicuntur media *derma*) ecclesia, cuius tres ordines sunt: ecclesiasticus, politicus et oeconomicus, ea dispensante,

S. 57. *Quomodo articuli Theologiae dogm. diuiduntur?*

1. Principio cognoscendi in *puros* (Schriftartikel) qui cognoscuntur sola revelatione velut de personarum Trinitate; Et *mixtos* (Verwirrungartikel) qui etiam ratione, qualis est ille de Creatione.

2. *Ne effatae cognitionis* in a) Non fundamentales (unentschiedene) qui non tantum ignorari possunt, sed et in utramque partem ventilari ut de die lapsus angelorum.
 b) Fundamentales, qui duplices sunt generis: alii primarii (Heyls und Glaubensartikel) qui salua fide, nec ignorari, nec negari debent v. c. de Christo mediatore; Alii secundarii (unwissbare) quilicet ignorentur, non negentur tamen, saluo salutis fundamento v. c. de communicatione idiomatum in Christo.

ANTITHESSES.

ad §. 33. a) Canonicam S. esse auctoritate diu. n. Ebionitae cet. b) Eam fallibilem esse a. Pont. c) Auctoritatem pendere ab ecclesia a. Pont. d) Textum Hebr. v. et Graecum N. T. esse authenticum n. Pont. e) Puritatem Styli N. T. n. nonnulli nostrati. f) Libros Apocr. esse auctoritate canonica a Pont.

ad §. 34. a) Symbolum Apost. adaequatam esse regulam dogmatum creditu necessariae a. Pont. b) Euangelicos a norma Confessionis A. discessisse a. Pont.

ad §. 38. Apostolos scriptissime mandato diu. n. Athei, Pont.

ad §. 39. Etiam singula verba inspiratio- ni diu. deberi n. Protestantium quidam.

ad §. 40. a) Vnius dicti biblici vnicum esse sensum literalem n. Pont. b) Scripturam s. se ipsam interpretari n. Pont.

ad §. 42. Perspicuitatem n. Pont. En- thus.

ad §. 44. Efficaciam n. Fanatici.

ad §. 45. Integritatem, n. Pont. Socin.

ad §. 48. Sufficientiam n. Pont.

ad §. 49. Veritates huius §. n. Pont.

ad §. 50. Licitum esse et expedire S. S. in lingua cuilibet vernaculari transferre n. Pont.

ad §. 57. a) Omnes fidei articulos creditu necessarios ἐντὸς in scriptura s. traditos esse debere n. Pont. b) Fidem carbonari- am

am (vt dicunt) in fundamentalibus fidei articulis sufficere a. Pont c) Caluinianos cum Lutheranis consentire in fundamentalibus fidei articulis a Caluin. Irenopeji.

§. 48. *Officia.* 1. Orabundus scripturam s. tractabis Ps. 119, 18. 19. Defne mir. 2. Pudeat te praeceptis ejus vitam non conformem agere Matth. 7, 24. 27. Es werden falsche.

Solatia 1. Sp. s. libenter administrat amantibus scripturam Luc. 11, 13. Sodenn iher. 2. Firmissimum et fidei et vitae munimentum Scriptura Eph. 2, 20. Erbauet.

Theologiae dogmaticae

Pars I. Cap. I. de Deo.

§. 59. *Quae insuper revelatio de existentia Dei tradit?*

1. Argumenta rationis confirmat Hiob. 12, 7 - 10. Frage. Rom. 1, 19. 20. Das man. Cap. 2, 14. 15. Denn so. Quibus Sp. s. per verbum diuinum mirificum pondus addit.

2. Variis nominibus ens summum insinuit, quae petuntur vel ab ipsius essentia vt יהָה, Es. 44, 6. Et natura, vt Θεός Matth. 19, 17; vel attributis vt אֱלֹהִים Ies. 28, 16. vel operibus vt לְבָנָה Es. 44, 6.

Vt adeo hinc cognitio Dei certa, viua et salutaris hauriatur.

§. 60. *Quid per essentiam Dei intelligis?*

Perfectionum diuinorum s. attributorum complexum, quae notescunt via. a) Causalitatis (Ursächlichkeit) Act. 14, 7. Gott hat. b) Eminentiae (Vorzüglichkeit) Hiob. 11, 8. c) Negationis. (Verneinlichkeit) Num. 23, 19. Gott ist nicht.

§. 61. *Quotuplicia sunt attributa diuina?*

I. *Αρεγέντα*, quae Deo competit, quantum est ens summum, vt. a) Necesitas Rom. 11, 36. Von ihm. Simplicitas Ies. 40, 18. Wem wollt. Bonitas essentialis Matth. 19, 17. Niemand ist. Immutabilitas Iac. 1, 17. Ben welchem. b) Unitas Deut. 6, 4. Hōre Israel. c) Infinitas Ps. 96, 4. Der Herr ist groß. Immensitas 1. Reg. 8, 27. Siehe der Himmel. Aeternitas Gen. 21, 33. Abraham. d) Maiestas 1. Paralip. 30, 11. Dir gebühret. Independentia Hiob 23, 13. Er macht. e) Incomprehensibilitas Ps. 139, 16. Solches Erkenntniß.

§. 62. 2 *Ἐγένετο*, Deo tanquam Spiritui adscribenda, vt vita Gen. 16, 14. *Das* rum hieß. Intellectus Es. 40, 28. Sein Verstand. Unde omniscientia Ps. 139, 1. Herr du. qua cognoscit et futura contingentia Deut. 31, 16. Siehe du wirst. Conditionata *) Matth. 11, 21. Wehe dir. Voluntas Matth. 6, 10. Dein Wille.

Declar.
P. 798.
799.
812.

*) Verum ob id in Deo non statuenda scientia conditionata.

§. 63.

§. 63. *Quomodo voluntas Dei potest considerari?*

Vel in se, vel secundum potentiam, vnde quidem omnipotentia Ps. 115, 3. Aber unser. Et omnipraesentia Ier. 23, 23. 2. Meineſt du. Epit. Libertas Ies. 46, o. Mein Anſchlag. Decl.

§. 64. *Attributa, quatenus voluntas Dei in se consideratur, quaenam sunt?* p. 752.

1. Beatitas I. Tim. 6, 15. Welche Erscheinung.

2. Volitiones. a) Perfectionis Ps. 5, 5.

Du bist. Hinc sanctitas Leuit. 19, 3 Ihr sollt. Iustitia Dei essentialis Prou. 17, 15 Verdem. Veracitas Ps. 33, 4. Des HErrn Sapientia I. Tim. 1, 17. Aber Gott. b) Bonitatis, quae pro diuerso respectu dicitur amor I. Io. 4, 17. Gott ist. Gratia Ps. 130, 7. Bey dem HErrn. Misericordia 2 Chron. 20, 21. Dancket. Patientia Rom. 9, 22. Gott hat. Longanimitas Gen. 6, 3. Ich will. Fides Deut. 7, 9. So sollt du.

§. 65. *Fluunt porro ex volitionibus?*

1) Perfectionis iustitia Dei vindicativa Ps. 45, 8. Du liebest. 2) Perfectionis et bonitatis iustitia Dei remunerativa Rom. 2, 5. 6. Du aber.

§. 66. *Cum voluntas pro potentia in rebus creatis exercenda potest esse vel efficax, vel inefficax, quotuplex illa est?*

1) Absoluta (der unbedingte) vel conditionata. 2) Ordinaria vel extraordinaria. 3)

24 Theol. dogm. Pars. I. Cap. I.

Antecedens (der fürschreibende) vel consequens (der ausübende) s. ex praescripto iudicans. 4) Arcana vel reuelata. 5) Signi (Scheinwille *) vel beneplaciti (ernster Wille) sed non sensu peruerso:

*) v. c. in temptationibus Cen. 22, 2.

§. 67. Cum Deus neque velit, neque nolit, nisi quod sapientiae suae respondet, et optimum esse cognouit, quid inde concludimus?

Deum omnia facere secundum decreta. Quorum praecipua sunt. 1) De mundo creando. 2) De lapsu angelorum et hominum permittendo. 3) De confirmatione bonorum angelorum in bono et obduratione malorum in malo. 4) De reparanda hominum salute.

Symb. §. 68. Num plures sunt uno Dii?

Athan. Non, sed unus est. Deut. 6, 4. Hbre. Israel. Conf. A. Plures enim esse sibi repugnat: siquidem nullus eorum vere Deus esset i Cor. 8, 5. 6. Wie wohl es sind.

50. Art. Sm. p. §. 69. Ergo nulla pluralitas est in Dec?

303. Scriptura V. et N. T. mysteriosam pluralitatem innuit.

P. 409. 1. Indeterminate, nominibus pluralibus

Gen. 1, 1. אלהָם Eccles. 12, 1. בְּרִיאָה.

Et locutionibus pl. Gen. 1, 26. Lasset uns.

2. Determinate a) Deum a Deo, dominum a domino distinguendo Ps. 45, 8. Darum hat Gen. 19, 24. Da ließ. b) Unum vocabulum ter et tria vocabula de uno praedicant-

cando Num. 6, 23-26. der Herr Jes. 44, 6.
Se spricht der Herr. c) Patris, Filii et Spir. S. mentionem faciendo Matth. 28, 18 Gehet hin.

Ratio humana non similia quidem veluti cum tres unitates numerum ternarium efficiunt, sed ipsum mysterium trinitatis ignorat.

§. 70. Quaenam est ratio Trinitatis.

i. P. F. et Sp. S. vere sunt personae.

Id quod patet ex notionibus relatiuis, attributis et operibus personalibus. Opera Dei sunt a) Opera ad intra (innerlich trennbar oder persönliche Dreieinigkeitswerke) dicunt actus personales in Deo manentes et diuisos, quales sunt primum generatio eaque vel actiua, qua Pater a Filio, vel passiua, qua Filius a Patre. Deinde Spiratio et processio, qua Spir. S. qui p. 4. procedit, a Patre et Filio, qui spirant, distinguuntur. Generatio et Spiratio audiunt characteres hypostatici. b) Opera interna (innerlich untrennbar oder gemeinschaftliche Gottheitswerke) quae vel in Deo manent, ut intellctio, volitio, vel extra Deitatis sinum tendunt ut iustificatio, praedestinatio, et sunt diuisa. c) Opera externa (äußerlich untrennbar oder gemeinschaftliche Gottheitswerke) extra Deum tendentia et tribus personis communia ut creatio, conseruatio, redemptio, sanctificatio, quorum unum alterumue vni personae per singularem manifestationem ipsius adscribi solet.

§. 71. 2. Hae tres personae sunt quaelibet ipse Deus. Nam tribuuntur.

B 5

i) No.

	Patri	Filio	Sp. S.
1) Nomina diuina Jehoua. Elohim	Gen. 3,22.Und Gott der Herr Gea. 1, 1. Und Anfang.	Hof 1, 7. Ich will coll. Act. 4, 12. Ps 45, 8. Darum hat coll. Hebr. 8, 9.	Ies. 6, 3. Heilig coll. Act. 28, 25. f. Ps 95, 6. 7. 8. Denn er ist.
Deus	2. Cor. 1, 3. Gelobet	Rom 9, 5. Christus *)	Act. 5, 3. 8. Warnen.
2) Attributa diuina			
Aeternitas	Ps. 90, 1. The denn.	Ps. 102, 28. Du aber coll. Hebr. 1, 10 12	Hebr. 9, 14. Wie vicimchr.
Omnisci-entia,	Ps. 139, 14. Herr du.	Io. 21. 17. Herr du	1 Cor. 2, 10. Deu der Geist.
Omnipo-tentia.	Luc. 1,27. Bey Gott.	Matth. 28,18. Mir ist.	Hiob. 38, 8. Der Geist.
Omniprä-sentia.	Ier. 23,23. 34. Bin ich nicht.	Matth. 18,20. Wo zween.	Ps. 139, 7. Wo soll ich.
3) Opera diuina in regno potentiae.	Creatio et conserua-tio.	Io. 5,17. Mein Vater.	Hiob. 33, 4. Der Geist.
In regno gratiae.	Io. 3,16. Also.	Ebr. 9, 12. Er ist.	Tit. 3, 5. Er macht.
4) Cultus religiosus, qui habetur adoratione. baptisma-te.	Matth 11,25. Ich preise. Matth. 28, 19. Gehet hin.	Hebr. 1,6.Und es sollen. Matth. 28, 19.	Ies. 6, 8. 9. 10. coll Act 28,26 Matth. 28, 19.
Aestima-tione.	2. Cor. 13,13. Die Gnade.	2. Cor. 13,13.	2. Cor. 13,13.

Dicunt-

Dicuntur praeterea testes in coelo 1 Jo. 5,
7. Vnum testimonium perhibere v. 9. 10. et
diuina gloria frui. Jes. 57, 15.

*) Audit verus Deus 1 Jo. 5, 20. Magnus Tit. 2, 13.
Cum articulo, Jo. 20, 28 Angelus (increat⁹,) Mal.
3, 1. Huc pertinent a) Appellatio filii Ps. 2, 7 proprii
Romin. 8, 32, unigeniti Jo. 1, 18. b) Generatio Ps.
2, 7 Heute.

§. 72. Nonne ex Trinitate sequitur Deita-
tis diuisio?

Non. Sed vnum sunt 1 Jo, 5, 7. Drey sind.
Neque solum vnitate voluntatis Jo, 17, 21. 22.
Auff das. Sed essentiae, diuina quaedam τριη-
χωρίσται Jo. 14. 10. 11. 20. Gläubest. 1 Cor. 2,
11. Welcher Mensch.

§. 73. At enim una p̄ae altera persona vi-
detur esse maioris?

Non. Ratio ordinis inest in salutis aecono- Symb.
mia Vnus est omnium cultus 1 Jo. 2, 23. Nic. et
Werden. Athan-

§. 74. Estne Trinitatis notitia ad salutem
necessaria?

Est. Nam quaelibet persona suum ad nos
beandos confert. 2 Cor, 13, 13.

Sic et fides in Trinitatem. Quid vero sibi
velit credere. a) In Deum Patrem vid. Cat.
M. p. 489. seqq. b) In Filium p. 493. seqq.
c) In Sp. S. p. 495.

ANTHITESSES.

ad §. 59. I. Sola reuelatione ad Dei co-
gnitionem perueniri a. Schol, Flacius Illyri-
cus,

z.

cus, Armin. 2) Nomen יה וָה creatureis esse communicabile a Socin. 3) אלדים proprii soli Deo competere et pluralitatem personarum inferre n. Socin. 4) Θεός non ad essentiam, sed potestatem posse referri a Socin.

ad §. 60. 1) Deo accidentia a. Socin. 2) Attributa diu. ratione tantum differre n. Eu-nomii.

ad §. 61. 1) Compositionem in Deum cadere a. Anthropomorphitae. 2) Solum Deum sine successione esse aeternum n. Socin.

ad §. 68. Deum unum esse n. Gentiles, Manichaei v. Aug. 61.

ad §. 69. 1) Ex ratione Trinitatis mysterium posse demonstrari a Quidam Philosophi. 2) Illud in V. T. clare esse propositum n. Socin.

ad §. 70. In una essentia tres esse personas n. Ariani. v. Epit. 626.

ad §. 71. 1) Christum esse a) Deum Patri ὄμορσιον. b) Filium ex substantia Patris ab aeterno genitum n. Socin. 2) Humanam Christi naturam ad Trinitatem pertinere n. Pont. 3) Generationem Filii per intellectum et spirationem Spir. S per voluntatem fieri a. Valent. Spir. f. esse personam et Deum P. et F. ὄμορσιον n. Macedon. 5) Sp. S. procedere a P. et F. ab aeterno n. Nestor. recentiores Graeci.

ad §. 73. Patrem Filio esse maiorem a Arian.

ad §. 74. Mysterium Trinitatis saluandis creditu esse necessarium n. Socin.

§. 75.

§. 75. *Officia*. 1. Verum Deum cognitum recte venerare. Ps. 100, 2; 3, 2) Attributa diu. sint tibi exemplar, quod imiteris v. c. Aeternitas Matth. 6, 19-20. Ihr sollt Omnipotentia Joh. 1, 9. Siehe, ich.

Solatia. 1. Optime de nobis actum, cognito vero Deo. Jo. 17, 2. 2) Attributa praebent solatia v. c. Aeternitas Ps. 44, 2-6. Gott, wir. Omnipotentia Es. 59, 1. Siehe, das.

Cap. II. De Creatione,

§. 76. *Quid sentias licet de Deo antequam crearet hoc uniuersum?*

1. Eum non fuisse otiosum, sed sine negotio occupatissimum. 2. Aequi minus defecitu laborasse, ac mundo effecto incrementum cepisse. 3. Ceu summum bonum voluisse communicari.

§. 77. *Quid significet creare?*

Aliquid producere ex nihilo, aut materia inhabili Hebr. 11, 3. Durch den Gen. 1, 1. f.

1. Impropius aliquando sumitur Es. 43, 7. Alle die. Jer. 31, 22. Der HErr. Amos 4, 12.

Siehe, er ist. Ps. 51, 12. Schaffe. 2) Artic. est p. mixtus p. purus.

§. 78. *Quis fuit Creator?*

Tria

Symb.

Art.

Deus solus, trinus Gen. 1, 1. Am. Anfang. P. 1 Cor. 8, 6. So haben. F. Col. 1, 16. cath.m.

Durch ihn. Sp. l. Hiob 33, 4. Der Geist. P. 303.

§. 79. Indices velim momenta, de quibus respectu ipsius Dei hic quaeri necesse est?

- 1) Causa impulsua fuit liberrima Dei voluntas et immensa Dei bonitas Ps. 135, 1-9.
- 2) Causa exemplaris sunt perfectissimae rerum idearum (Sic dicitur per Αὐθεντοπάθειαν)
- 3) Causa ordinans sapientia Dei.
- 4) Forma sola Dei voluntas, Gen. 1, 3. Und Gott sprach
- 5)

Cat M. Finis primarius Numinis gloria Es. 43, 7.
P. 49º. Die ich. Secundarius hominis utilitas 1 Tim. 4, 3+4. Gott hat.

§. 80. Quaenam momenta extra Deum posita questionis sunt?

- 1) Materia vel nulla vel inhabilis. Illam dicunt nihilum negatiuum, hanc priuuatiuum.
- 2) Creata dividuntur in inanimata; animata, sed ratione destituta; Spiritu et corpore crassiore constantia; Spiritus. Breui, in materiam et spiritus. Aliud igitur est sistema mundi spirituale, aliud materiale, aliud mixtum.
- 3) Instrumentum datur nullum. Falso sic dicitur filius Dei.
- 4) Tempus fuit, cum Deus vellet. Specialiter sex dierum interuallum. Deus prior est mundo, non ratione temporis sed dependetiae. Nec dici potest: Mundus prius aut se prius creari potuit.
- 5) Ordo, quo singulare res creatae sunt, his versibus tenetur.

§. 81. Prima dies vastam mollem *) lucemque
**) creauit.

*) Sine dubio fluidam, quam Sp. l. incubando solidam fecit **) aetherem,

AL

*Altera distendit spatium *) discrimen aquarum.*

*) Quo vapores adscenderent. Tertio die hoc opus est deum perfectum.

*Tertia secernens undas *) dat gramina terrae **)*

*) Marium et fluiorum **) Prolimi fertilitate. Cum vegetabili regno etiam minerale extitisse videtur.

*Quarta creat solem, lunam coelestiaque astra. *)*

*) Moses adeo superstitionem Judaeorum cautam volunt.

Quinta creat pisces eadem genus omne volantum.

Aqua limusque fuerunt principium materiale, non effectuum naturale

*Sexta profert pecudes *) hominem que imagine diua. **)*

*) Animalia terrestria **) Adamum et Euam, non ante hos alios.

Septima sancta manet, quia tunc Deus ipse quietuit, i. e cessauit creando; nam simplicia non intereunt, corpora tantum resoluuntur et animalia facultatem se multiplicandi habent.

§. 82. Nobilissimæ rerum creaturarum formæ sunt?

Ex invisibilibus angeli, ex visibilibus homines, pro libertate agendi variis statibus obnoxii.

ANTITHESSES.

ad §. 77. Creationem ex nihilo esse art, p. n. Schol,

ad

ad §. 78. a) Dari substantias intelligentes et adeo talem vniuersin. Materiarii vt Democritus et Epicurus. b) Omnim rerum sufficientem causam in mundo ipso iam positam esse; vel vnam omnium substantiam a. Deistae s. vniuersalistae, in primis illud Anaximander et Strato, hoc Spinoza. c) Deum creasse eumque solum n. illud Gnosti; hoc Manichaei. d, P.F. et Sp s. causas socias dicendas a. Caluin. e) Potentiam creandi posse communicari creaturae a. Schol.

ad §. 80. Materiam Deo esse coaeuam; aut ex illo emanare a. illud Plato et Aristoteles; hoc Pythag. et Stoici.

ad §. 81. a) Dari aquas coelestes n. Schol. b) Fuisse ante Adamum alios a Peyerius.

§. 82. *Offi ia 1.* Totus sis in creatore celebrando. Ps. 104, 1. Lobet den. 1 Cor. 6, 20. Darum so. 2. Creatis neque abutere Rom 8, 20. Sintemal die. Neque nimium amabis ea Ps. 73, 25. Wenu ich.

§. 83. *Solatia.* 1. Creator creatis prospicit Matth. 6, 25. Sorgte nicht. 2. Speramus nouum coelum et nouam terram 2. Petr. 3, 13. Wir warten.

C. III. De Prudentia.

§. 84. *Eftne Dei rerum creatarum cura?*

Est, quam ratio cognoscit, et reuelatio confirmat. 1 Petr. 5, 7. Alle eure, Sap. 14, 3. Aber deine.

1. Est

1. Est ergo art. m. Ratio concludit: Si Deus est ens infinitum; et potest et vult, imo indignum est eo, non prospicere huic vniuerso.

2. Non obstat Gen. 2, 2. 3. vbi sermo est de nouis rerum formis producendis; Neque, quod piis interdum in laetis et malis interdum prospera videntur evenientes: Nam nobis non est datum de viis prouidentiae recte semper judicare, veram felicitatem et infelicitatem cum apparente confundentibus.

§. 85. *Quid est prouidentia?*

Divina *) eaque perpetua huius vniuersi
omnium et maximarum et minimarum re-
rum cura Act. 17, 27. Er ist nicht.

Conf.

A. p. 9.

Cat.

min.

*) 1. Est opus totius Trinitatis Patris Matth. 6, 26
Gehet. F. Ebr. 1, 3. Er trägt. S. sp Act. 13, 2.
Da sie.

270. p.

Cat.

Mai. p.

490.

2) Duæ sunt partes: conseruatio, quo pertinet
concursum et gubernatio, 3) In Deo, quatenus
mundum et condere et prouidere illi decreuit, tres
mente concipimus esse actus, πρόγραψιν, πρόθεσιν,
δίκην,

§. 86. *Quid est conseruatio?*

Continuata Creatio.

1. Alia est communis, qua Deus omnia et cognoscit et conseruat: Inanimata Ps. 147, 4. Er zählet. Matth. 10, 30. Nun aber. Ps 74, 16. Tag. Hiob 26, 10. Er hat. Bruta Matth. 10, 29. Knüpft man. Ps. 104, 17. 18. 21. 25. 28. Dasselbst nissen. Homines et pios et impios Proph. 15, 3. Die Augen. Ps. 139, 1-16. Herr du. Hiob. 10, 8. 11. Deine Hände. Alia piis et electis propria Sap. 4, 16. Ueber dir. Ps. 121, 3-8. Er wird. Ps. 90, tot.

2. Est vel durationis, qua res in sua essentia, veluti sol et stellae; vel propagationis, qua in suis generibus vt animalia, plantae et arbores conseruantur.

C.

B. Di.

3. Distinguuntur in eam, quae sit vel viribus naturæ, vel miraculis iisque varii generis Dan. 3, 25. Gehe. Matth. 14, 17. Tam in regno potentiae, quam gratiae.

§. 87. Quid est concursus Dei?

Accessio quaedam ad actiones rerum quasque tanquam causæ, vel adjuuantis, vel impedientis i. e. causæ primæ ad secundas Hiob 12, 40. In seinem. Hos. 2, 21, 22. Zur selbigen Jer. 10, 23. Ich weiß. Hag. 1, 6. 9. Ihr seid. Ps. 107, 34. Dass ein. Num. 14, 34. 41. 42. Dass ihr.

1. Deus hic etiam vititur vel viribus naturæ vel miraculis.

2. Aliter concurrit ad actiones materiae, aliter spirituum.

§. 88. Quid est Dei gubernatio?

Vt ipse omnia sapientissime efficiat Sap. 14, 3. Aber. Ps. 67, 5. Vel a creaturis effecta dirigat Ecol. 3, 1-9. Ein jegliches. Jes. 28, 29.

§. 89. Unde dilucidiū prouidentiae diuinæ specimina in hominibus eluent?

Vt 1) Eorum maxime fidelium habeat rationem. a) Ante natuitatem Jer. 1, 5. Ich kante. Gen. 25, 21. Isaac. b) In progressu vitae Deut. 32, 10. 11. Er sand ihu. Jer. 10, 23. Ich weiß.. c) In ipsa morte, cuius terminus est vel longior, vel breuior; vterque vel naturalis, quem quis attingit pro viribus naturæ Hiob 42, 17. Und Hiob. vel praeternaturalis per Dei aut gratiam Prou. 3, 16. Langes Sap. 4, 10. 11. Denn er. Aut iram Num. 16, 31. seqq. Und als er. Rom. 9, 17. Eben

er:

erwecket, d. i. leben lassen und beym Leben erhalten. conf. Exod. 9, 16.

2. Ut egregie occupetur circa illos, qui
aliis praesunt vel praefuturi sunt. Dan. 2, 21.

Er ändert. Jo. 19, 3.

Dis ist der. 2. Specialiori quid sit vid. §. 32.

3. Spe-



3. Specialissimo concionem de Christo exhibito Rom. 1, 1. 2.

§. 286. *Quotuplex est lex divina?*

Vel naturalis s. moralis, quae cognitione homini insita iam nota est et adeo vniuersalis. Vel positiva (willfährlich) qua Deus pro speciali arbitrio homines obstrinxit. Hoc potest etiam esse vel vniuersalis velut de non comedenda arbore vetita cet. aut particularis, qualis fuit ceremonialis et forensis, quas sicut et moralem specialiter sic dictam s. decalogum Deus Israëlitis dedit.

§. 287. *Quid est lex ceremonialis?*

Qua circa cultum Leuiticum caeremoniae erant praescriptae, quibus Christus cum beneficiis adumbraretur Hebr. 8, 5. Welche denen.

Præsente antitypo, typis non amplius est opus Col. 2, 17. 18. Welches ist.

§. 288. *Quid est lex forensis?*

Qua populus Judaicus, ex quo nascetur Messias, ab aliis gentibus fuit distinctus et circa rempublicam peculiaribus legibus instructus Deut. 6, 8. So behaltet. Cap. 12, 30. 31. Du sollt nicht.

a. Discrimine gentium sublatu, cessare debuit Col. 3, 11. Da nicht ist. b. Vtriusque abrogatio constituit partem libertatis Christianae.

§. 289. *Quid est lex moralis?*

Est summa officiorum hominis in monte Sinai promulgatorum *) quae, quia decem praeceptis comprehenduntur, audiunt decalogus Exod. 20. Apol. 61. Cat. m.

*) Antea non ignoratorum.

§. 290.

§. 290. Nonne praeter obedientiam, legi morali
ab homine, ciue huius vniuersi praestandam,
aliud summi et regis et legislatoris
fuit consilium?

Imo fuit: Nempe si eam impleret, ut vi-
tam felicem et temporalem et aeternam viue-
ret Deut. 28, 1. 2. Und wenn du. Luc. 10,
25 - 28.

Post lapsum factum est irritum, siquidem in ho-
mene successit legis implendae impotentia.

Apol. 33, 89.

§. 291. Nullus igitur usus est huius legis?

Est et quidem 1. Politicus (qf. Riegel) ad
feros et indomitos homines coercendos. 1)
Tian. 1, 9. 10. Und weiß solches. 2. Paedagogi-
cus (sq. Spiegel) ad excitandam peccatorum
agnitionem Rom. 3, 20. 21. 3) Didacticus s.
normatiuus (qf. Zügel oder Regel) ad vitam
bonis moribus formandam. Rom. 13, 8 - 10.
Send niemand. 1 Thess. 4, 1 - 3.

§. 292. Quomodo lex et Euangelium?

a. Conueniunt? Vtrumque datum est 1)
A Deo. 2) Hominibus. 3) Ad salutem 4)
Ad finem mundi. b. Differunt? 1) Illa natu-
ra est nota. Rom. 2, 14. 15. So die Henden.
Hoc reuelatione Rom. 16, 25. Dem aber, der.
2) Illa tradit agentia, Luc. 10, 28. Thue das,
Epit. 595. Decl. 717. Hoc credenda. Jo. 3.
16. Also hat. 3) Illa seruit poenitentibus et
impoenitentibus 1. Jo. 5, 3. Das ist die. Jer.
2, 29. Ist mein Vater. Hoc tantum poeni-
tentibus Matth. 11, 28. 29. Kommt her. 4)

Illi remissiones sunt compensatoriae ex conditione perfectae obedientiae. Luc. 10, 28.
Thue das. Huius sunt gratuitae El. 55, 1. 2.
Wohlan alle.

Epit. 594. Decl. 713. 717.

Vtriusque in homine datur usus et abusus. Quanta igitur in tradendo verbo diu, prudentia doctoris esse debeat, facile hinc coniicias 2 Tim. 2, 15. Ver
flestage dich.

ANTITHESIS. Epit. 591.

ad §. 289. 1) Bruta esse legi subiecta a Socin. 2) Verba: non facies tibi sculptile, esse unum ex decem praecepsis a Caluin. 3) Sabbathum tempore Mosis esse institutum a, multi ex nostratis. 4) Unum e septem diebus cultui diuinio deberi n. Sabbatharii, Anab. 5) Justificatos posse legem Dei implere a Pont. Socin. 6. Legem in ecclesiis docendam esse n. Antinomii, Anab. 7) Renatis legem esse normam faciendorum n. Socin.

Ad §. 289. 1. Euangeliū cum Christo incarnato coepisse a Pelag. Socin. 2. Promissiones eius esse gratuitas n. Pont. Socin. 3. Euangeliū proprie esse concionem poenitentiae a Pont. Antinomi Epit. 594. 4. Hoc a lege differre ut legem nouam et vetrem illamque promissiones spirituales, hanc corporales habere a Socin.

§. 293. Officia a) Deo pro his beneficiis gratias agas. b) Et diligenter ea meditere, Solatia. c) Liberati sumus a maledictione legis Gal. 3, 13. Christus hat. b) Diuitiae euangelii omnia superant. Ebr. 12, 28.

Cap.

C. XIV De Sacramentis in genere.

§. 294. *Praeter verbum salutis revelatio praescribit?*

*Actus salutis *) non nude morales, sed mysterii plena; Dicunt Sacra-menta. **)*

*) Ut foedus, quod inter Deum et homines vel intetur vel confirmatur, habeat, quod sensus incurrit, Appellatur verbum visibile.

**) Voce non biblica, sed tamen commodissima. Biblice dicas sigilla Röm. 4, 11. Testes 1 Joh. 5, 8. Latinis denotat primo pecuniam, a litigantibus depositam et pignus. Deinde iuramentum militum, cuius similitudo, ut in vere sic dicta sacramenta quadrat: sic, vbi nihil aliud species, coniugium et confirmatio dici possunt Sacra-menta. Sacramentum ut Vulgata reddit est quidem μυσήγιον, sed non omne μυσήγιον Sacramentum.

Difserit Sacramentum a Sacrificiis. Apol. 253.

§. 295. *Quid est Sacramentum?*

Actio s. qua Deus sub elemento externo quod ipse praescripsit, rem coelestem, quam promisit, omnibus vult exhibere, fidelibus applicare.

1. Neque igitur actio nuda, neque modo sacra, neque actio, quae habet tantum promissionem, ut confessio, faciunt sacramentum.

2. Deus solus, trinunus, maxime θεάνθρωπος, ut auctor salutis, ita et mediorum est, qui et bonitate sua Tit 3, 5. Et merito Christi Eph 5, 25. 26. mouetur, ut has diuitias ostendat, qui et sine sacramentis potuisset salutem nostram promouere. Auctor est instituendo, actus determinando, sicutariter influendo.

3. Materia est vel coelestis, vel terrena, qua vili non est, quod offendamur. Miremur potius, quod Deus coelestia terrenis; ynxit.

4. Ad verbum institutionis (formam) et promissio-
nis attendas opus est, ne admittatur, quod non est sa-
cramentum sensu Lutheranorum.

§. 293. *Quotuplia sunt Sacra menta?*

1. Ratione foederis gratiae aliud Sacramen-
tum est, per quod homo ad sacra Christiano-
rum initiatitur; aliud per quod in iis confirma-
tur. 2) Ratione oeconomiae foederis gratiae
alia sunt typica V. T. (vorbildliche); alia an-
titypica N. T. (gegenbildliche.)

a. Quemadmodum in Paradiso arbor vitae, nisi Ia-
pus Adami intercessisset, simile quipiam Sacramento
habuisset: Sic neque tempore promissionum actus my-
steriosi maxime circa sacrificia; nec tempore Mosis res
defuere, quae signa sunt rerum coelestium, ut ser-
pens exaltatus sensu tamen nostro proprio sic dicta Sa-
cramenta non sunt.

b. Sacra menta CONVENIUNT auctore, re coelesti
1 Pet. 1, 3, 21. Dic Lause. Col. 2, 11. 12. Ihr seyd.
DIFFERUNT sanguinis profusione, difficultate, dura-
tione, vniuersalitate, claritate.

c. Duo non plura esse sacramenta colligitur primis
dictis 1 Cor. 12, 13. Denn wir stud. 1 Jo. 5, 6. Dieser
ist. Jo. 19, 34. Sondern der. Deinde re ipsa,

§. 294. *Num homini cuilibet sive mari, sive fe-
minae actus sacramentales licet peragere?*

Propter decentem in ecclesia ordinem mu-
nus hoc datum est ecclesiae ministris 1 Cor.
4, 1. Dafür halte. Extra ordinem alias quis-
piam hoc munere potest fungi, 1 Petr. 1, 9. 2.
Ihr seyd. Gal. 3, 28. Hier ist.

B. Ac.

1. Aequo minus sibi ipse quis potest esse administrator. 2. Ministrorum dignitas aut in dignitas nihil ad efficaciam aut inefficaciam facit Rom. 3, 3. 3) Certi actus competunt Sacramento fungentibus; alii ventibus.

§. 298. In quorum usum Sacra menta sunt instituta?

In hominum *) et quidem omnium **) Vtriusque sexus.

*) Ergo non pertinent a) Ad nondum natos b)
mortuos. c) Brutal d) Inanimata.

**) Ne igitur fiat sacrilegium.

§. 299. Quid status de efficacia Sacramen torum?

Num physica sit, moralis, an physico-moralis, non est, quod disputemus, cum sit actio mysteriosa. Certe sine fide nulla est salutaris efficacia.

§. 300. Quaenam porro circa Sacramentum ob scriuari merentur?

1. Rationes, quae a Dei bonitate et salute hominum petuntur. 2. Locus libertati ecclesiae est relictus. 3. Tempus est vel institutionis, vel administrationis, vel durationis. 4. Necesitas est hypothetica. 5. Repetitio in Sacramentum confirmationis modo quadrat.

ANTITHESSES.

Ad §. 291. a. Sacrificia constare ex ratione a. Pont. Hugo Grotius. b. Sacrificiis V. T. percata virtute meriti futuri Messiae expiata esse n. Socin.

ad §. 292. Sacra menta esse nuda signa gratiae vel collatae, vel conferendae a. Caluin. Socin.

ad §. 293. Numerum sacramentorum esse vel incertum, vel septenarium a. illud Calixtus, hoc Pont. Apol. 200.

ad §. 294. Ministri qualitatem et intentio-
nem ad sacramenti integratatem et efficaciam
requiri a. Donatistae, Anab. Pont.

ad §. 269. Sacraenta conferre Sp. f. ex ope-
re operato a. Pont. Apol. 71. 165. 203.

§. 301. Officium Laudes sapientiam et bonita-
tem Dei, qui inuisibilia et coelestia quasi vi-
sibilia reddit. Solatium. Nihil ad religionem
Christianam accommodatus et consolabilius
sacramentis.

Cap. XV. De Circumcisione.

§. 302. Quid est.

Prius Sacramentum V. T. quo Deus *)
foedere cum Abrahamo **) et posteris eius
inito, praeputii amputationem †) in maribus
††) ceu rem externam mandauit, vt futuri
Messiae beneficia tanquam res coelestis ho-
minibus offerentur et applicarentur.

*) Auctor Gen. 17, 10. Leuit. 12, 3. Joh. 7, 22.

**) Patriarcha, ordinario ministro. Gen. 17, 33.
Extra ordinem seruus vel mulier fuit adhibitus
Exod. 4, 25. †) Quo instrumento, ferreo, an sa-
xeo incertum Exod. 4, 25. Jos. 5, 3. ††) Femi-
nis non expertibus gratiae foederis Gen. 17, 7.
Und isti will 1 Pet. 3, 6, 7. Wer dit. vt alias ra-
tiones taceam.

§. 303. Ratio est?

Velo economicia foederis diu, vt populus Ju-
daicus ab omnibus aliis distingueretur. Jer.
9,

9, 26. Alle Heyden. Vel typica Es. 53, 9. Er ist. Vel moralis Deut. 20, 6. Und der Herr. Vel sacramentalis.

§. 304. Ostende reliquas circumstantias?

1. Institutum est hoc sacramentum sub oeconomiam legalem anno 2048. 2. Administratum octauo a natuitate die. 3) Duravit ad aduentum Christi Gal. 3, 23. 4. Acceſſit aequaliter deoia Luc. 1, 59.

ANTITHESIS.

Circumcisionem in N. T. abrogatam esse n. Iudei Turcae.

Cap. XVI. De Baptismo.

§. 305. Quid est?

Prius sacramentum N. T. quo Christus voluit, ut homo in foedus diu. recipiendus aqua in nomine P. F. et Sp. s. vel adspersus, vel immersus hoc ipso S. S. Trinitatis particeps fieret.

1. Impropie sumitur Matth. 10, 22. Könnet ihr. Matth. 3, 11. Ich tauſe euch. 1 Cor. 10, 1. 2. Ich will. Matth. 21, 25. Woher war.

2. Proprie notat COMMUNITER quamcumque lauationem Hebr. 9, 10. Allein mit. Marc. 7, 3. 4. Qui Pharisaeorum ritus aetate Iohannis factus est diuinae auctoritatis Ltc. 3, 3. Und er fam. Et tandem a Christo vim Sacramenti fortitus est Matth. 28, 19. Gehet hin. καὶ ξέρειν prius sacramentum. N. T. cuius varia dantur synonyma 2 Petr. 1, 9, Welcher aber. Col. 2, 11. In welchem ihr. Eph. 5, 26. Auf daß er. Tit. 3, 5. Nicht um. 1 Petr. 3, 21 Welches nun.

§. 306. Auctor est?

Christus est *Σεάρθρων* Matth. 28, 18. Mir ist. Qui etiam si ipse baptizatus Matth. 3, 15-17. Neminem tamen baptizavit.

Ministros constituit doctores ecclesiae Io. 1, 33. Und ich kenne. Nisi si necessitas etiam alium postuleret. Conf. II. Sm. 303.

§. 307. Materia.

1. *Terrena* est? Vera et naturalis aqua, cuiuscunque aut qualitatis aut quantitatis Cat. m. 377.

a) Sapienter noluit Christus adhibere rem magni pretii. b) Ipsius natura pulchre cum virtute huius Sacramenti potest conferri Eph. 5, 26. Auf daß er. Rom. 6, 4. So sind wir.

2. *Coelestis* est? Deus trinus Matth. 3, 16. 17. Und da *Ι*ησος. Speciatim Sp. s. Tit. 3, 6. Nicht um.

§. 308. *Actus cum baptizando suscipiendus*

Olim immersio, hodie adspersio Sm. 329. Cat. m. 379.

1. Hoc ritu vitae emendationem baptizati subindicari discas, velim ex Rom. 6, 4. So sind. Col. 2, 11. 12. In welchem. 2. Adspersionem esse verum baptissimi actum, patet ex notione *Baptizari* et exemplis Act. 2, 41. Die nun. 3. Causae, cur adspargantur, non immergantur, haec sunt, quod infantes, non ut in primitiua eccllesia adulti plerumque solent baptizari. Tum quod aquae in terris orientalibus, quam in occidentalibus sunt tepidiores. 4. Num semel, anter hac adspersio, util interest.

§. 308.

§. 309. *Quinam sunt baptizandi?*

Et infantes *) qui in ecclesia Christiana nascuntur et omnes gentes, quae sacra Christianorum amplectuntur Matth. 28, 18-20. Mir ist. Et adeo etiam adulti Act. 2, 38. Und Petrus sprach. Cap. 16, 14. 15. Und ein,

*) Tria hic notari merentur.

1. Paedobaptismum recte in ecclesia obtinere patet.
- a) Ex mandato Christi Matth. 28, 19. Gehet hin.
- b) Ex vniuersalitate foederis gratiae ipsiusque beneficiorum Act. 2, 39. Euer. Gen. 17, 7. Ich will. 10-3, 5, 6. Es sen denn. Luc. 18, 15. Lasset die.
- c) Ex praxi Apostolorum Act. 16, 15. 33. Als sie aber.

2. Nonnisi baptizandos, qui sunt in nostra potestate.

3. De salute infantum Christianorum ante baptismum decedentium non dubitari. Gentilium suspensi iudicium.

§. 310. *Effectus baptismi sunt?*

1. Regeneratio infantibus collata, adultis confirmata Tit. 3, 5. Nicht um. 2. Remissio peccatorum Act. 2, 28. Thut Busse. 3. Adoptio diu. 1. Petr. 3, 21. Welches nun. 4. Renouatio Rom. 6, 4. 5. 6. So sind wir. Conf. 13, 12. Apol. 56. Cat. m. 37. 377.

§. 311. *Quaenam ceremoniae ecclesiasticae circa baptismum obseruari solent?*

Exorcismus cum signo crucis *) Renuncia-
tio Satanae **) Impositio nominis †) Testi-
monium sponsorum. ‡)

*) Quo indicabatur olim hominis adulteri ob pecca-
tum confessio spiritualis; etsi non est juris diu. **)
Spectat confessionem verae fidei et doctrinae ortho-
doxae, conuersus ab Arianismo edendam.

122 Theol. dogm. Pars. III. Cap. XVI.

†) Ut in circumcisione. ††) De quorum qualitate,
numero et officiis videri posset.

ANTITHESSES.

ad §. 305. Articulum de baptismo esse fundamen-talem n. Armin.

ad §. 306. a) Baptismum a Christo institutum esse ut medium salutis n. Armin. Socin. b) Laicum extra casum necessitatis baptismum posse administrare a. Socin. In casu necessitatis n. Caluin.

ad §. 307. Formam baptismi consistere in aqua et verbo n. Gnostici. Sm. 329. Epit. 625.

ad §. 309. a. Infantes baptizandos n. Socin. Anab. b. Per baptismum fidem in infantibus accendi n. Anab. c. Infantes non baptizatos esse peccatores n. Anab. Conf. 12. 13. Apol. 156. Cat. m. 376. Epit. 623.

ad §. 310. Nos effectus n. Socin. Armin.

ad §. 311. Exorcismum in ecclesiis retinendam n. Caluin.

§. 312. Officia. Foedus fructum renoua Ier. 30, 12.

Solatia. Deus seruat promissa foederis Ps. 105, 8.

Cap. XVII. De agno Paschali
(Ηλιος Pascha.) *)

§. 313. Quid est?

Alterum V. T. sacramentum, quo Deus
**) per fruitionem agni typici †) Israëlitis ††)
gra-

gratiam supernaturalem vi foederis oblatam
credentibus confirmari voluit.

* Proprie notat transitum; tropice agni mactationem
Exod. 12, 21. Festi solemnitatem Act. 12, 4. Ac-
tionem sacramentalem Exod. 12, 43. Antitypum
1 Cor. 5, 7.

**) Auctor Exod. 12. Qui ministris usus est Mose
et Aaron Exod. 12, 21. 28. Patre familias Exod.
22, 26. 28. Leuitis. 2. Chron. 30, 17. 18.

†) Integri, masculi, vuius atatis. ††) Puris, mari-
bus, et feminis, pueris et puellis etiam prosely-
tis.

§. 314. Actus circa hoc sacramentum susci-
piendi?

1. Quoad agnum: segregatio per quadri-
dum, mactatio inter duas vesperas, assatio
totius non fracti. 2. Quoad usum: Come-
stio cum azymis panibus et amaritudinibus,
sanguinis ad superliminare et ostium adspres-
sio.

§. 315. Ratio fuit?

Vel corporalis, ut ne interficerentur Israë-
litae; vel sacramentalis et adeo etiam spiri-
tualis, ut in fide ad Messiam confirmaren-
tur et neque morti spirituali, nec aeternae
occumberent; vel typica in s. coenam.

ANTITHESIS.

Agnum paschale non sacramentum, sed
sacrificium fuisse a. Pont.

Cap.

Cap. XVIII. De s. coena.

§. 316. Quid est?

Alterum N. T. sacramentum, in quo sub pane et vino rite concreatis, verum et substantiale Christi corpus et sanguis omnibus vtentibus exhibentur, fidelibus autem in fidei et foederis diuini confirmationem applicantur.

§. 317. Hanc coenam esse sacramentum probabant?

Ipsa verba institutionis Matth. 26, 26-28.
Marc. 14, 22-24. Luc. 22, 19. 20. 1 Cor.
10, 16. Cap. 11, 23-25. Epit. 599. 602.
Decl. 748. 752. 757.

1. Talia non sunt, quae leguntur Io. 6. 51-53.
Vbi agitur de manducatione corporis Christi spirituali,
non sacramentali. Tunc enim temporis hoc sacra-
mentum nondum fuit institutum.

2. Maxime lis orta est de verbo. Est in phrasibus: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Id quod non idem est ac mutatur, aut significat, sed vnitur panis cum corpore, vinum cum sanguine, modo supernaturali. Nam verba testamenti vel etiam humani proprie, non metonymice intelligenda esse, quis est, qui neget? Epit. 599. Decl. 738.

§. 318. Num etiam in scriptis V. T. huius sa-
cramenti est iudicium?

Est omnino. 1) Typis: agni paschalis Exod. 12. coll. 2. Cor. 5, 7. Mannae Exod. 16. coll. Iob. 48, 48. s. et omnium sacrificiorum. 2) Vaticiniis Ps. 111, 4. Er hat ein. Cant. 2, 3. Wie ein. Cap. 5, 1. Esset.

§. 318.

§. 319. *Quibus nominibus in N. T. appellatur?*

Dicitur coena i Cor. 11, 21. So man. Menſa et calix domini i Cor. 10, 21. Ihr könnet. Communio i Cor. 10, 16. der gesegnete Kelch. Fractio panis Act. 2, 42. Sie blieben. Testamentum i Cor. 11, 25. Dieser Kelch.

Patribus, vero sacramentum altaris et εὐχαριſτία. Pontificis missa, venerabile, qui habent illud pro sacrificio incruento N. T. idque pro viuis et mortuis, quo abominabilius nihil cogitari potest. Conf. 23. Apol. 266.

§. 320. *Auctor est?*

Filius Dei εὐαγγελος Matth. 26, 26-28. Cat.

M. 552. Decl. 732. f.

Spectandus nobis est, ut dominus Matth. 28, 18. Mir ist. Act. 2, 30. Gott hat. Iesus, Matth. 1, 21. Und sie wird. Christus Ps. 45, 8. Darum hat. Deus isque omniscius, omnipotens, verus, benignus et omni-praesens.

Epit. 600. Decl. 737. f.

§. 321. *Ministri sunt?*

Doctores ecclesiae.

Laico hic neque opus est, neque ut licet, nisi necessitate postulante antistes antea constituatur.

§. 322. *Materia terrena est?*

Panis isque naturalis, vinum idque naturale cuiuscunq; aut quantitatis aut qualitatis.

Apol. 157. Sm. 330. Cat. m. 380. Epit. 597. 599.

I. Sapientissime noluit adhibere Christus aut carnem aut res pretiosas 2. Quae praedicari possunt de pane et vino, haud inepte in Christum et sacramento fideliter fruantes cadunt,

§. 323.

126 Theol. Dogm. Pars. III. Cap. XVIII.

§. 323. *Materia coelestis est?*

Corpus Christi naturale ipsiusque sanguis
naturalis.

1. Ergo neque diuinitas Christi, neque anima humanae naturae, neque nouum quoddam corpus Christi, neque mortuum; sed corpus, in quo ambulauit et sanguis, quem patiendo effudit. 2. Quae eo maioris sunt pretii, quo arctius in persona Christi adhuc subsistunt, et adeo recte coelestia dicuntur.

§. 324. *Quomodo elementa et res coelestis sunt unia?*

Vnione sacramentali h. e. supernaturali et coelesti modo.

Conf. 12. Sim. 330. Decl. 728. 735.

§. 325. *Actus sacramentales fungentium sunt?*

1. Consecrare, i. e. a vulgari vsu separare, Epit. 599. Decl. 747. seq.

Quod fieri solet recitandis omnibus institutionis verbis idque toties, quoties vino et pane opus est. Reliqua, quae vel ad elementa, vel vas, quibus continentur, vel vestes ministrorum aliasue res pertinent, in libertate Christiana posita sunt.

2. Distribuere utrumque elementum, omnibus, cum vel sine fractione panis. Conf. 11. Apol. 233, Epit. 602 325.

§. 326. *Actus frumentum sunt?*

1. *Sacramentales sumere* *) edere et biberre **) in cum, sub pape et vino corpus et sanguinem Christi. Epit. 600. 604. Decl. 744.

*) Num solo ore, an prius manu nihil interest.

**) Haec fruitio sacramentalis, et si oralis, differtamen a naturali et crassâ item a spirituali, Epit. 600. Decl. 743.

2. *Spes*

2. *Spirituales* velut. a) Ante vsum sedula praeparatio eaque vel interna vel externa. b) Circa vsum, mentis attentio. c) Post vsum grata recordatio.

§. 327. *Quaenam sunt causae, cur s. coena et instituta et accipienda est?*

1. Ut recordemur et passionis et mortis Christi 1 Cor. 11, 25. Solches Cat. m. 351. Cat. M. 555. 2. Vniamur cum Christo 1 Cor. 10, 16. 17. Der gesegnete Kelch. 3. Certiores euadamus et remissionis peccatorum Matth. 26, 28. Das ist. Et salutis aeternae 10. 6, 50-58. Das ist das.

Cave credas solum edendo et bibendo hos effectus in te excitari, aut restringi modo ad celebrandum actum coenæ; aut hoc sacramentum inseruire tempestatibus pellendis est.

§. 328. *Quibus s. coenam instituit Christus?*

Hominibus. a) Omnibus. b) Viuis. c) Non ratione destitutis. d) Maxime fidelibus.

1. Ergo neque sibi, neque angelis, neque mortuis, neque sibi minus consciis. 2. Coniuiae sunt vel digni, qui de peccatis suis dolent et fide prædicti sunt; vel indigni. Vtrique fruuntur eodem cibo et potu, hi vero in sui iudicium.

Epit. 600. Decl. 743. 746.

§. 329. *Vbi sumenda est coena?*

Si fieri potest in locis sacris idque publice.

Ergo non leuioribus ex causis, sed necessitate postulante, priuata communio cuiquam concedenda, quia hic actus est pars cultus diuini.

§. 330.

S. 330. Quoties vtendum est hoc sacramento?

Hoc expressis verbis non legitur. Interim impellimus ad crebrum s. coenae usum
 a) Mandato 1 Cor. 11, 26. So ost. b) Nostra indigentia. c) Exemplo, quod aliis praebendum. d) Periculo, quod ex negligentia existit. Num vero ter, quater aut pluries per annum, sua quemlibet mentis conscientia monebit.

Qui igitur usui cuius sacramenti se subtrahunt, vel pusillanimi, vel ignorantes, vel superbientes presumptione pietatis, vel hypocritae vel contemtiores existimandi. Suae cuilibet sunt formulae excusationum.

ANTITHESSES.

Epit. 602. Decl. 576. 760. Decl. 756.

ad S. 316. In s. coena Deo sacrificium proprium offerri a. Pont.

ad S. 317. Τὸ ἐγνωτον in verbis institutionis s. coenae esse seruandum n. Caluin. Socin.

ad S. 322. Materiam externam vel azymum vel fermentatum esse debere a. illud Graeci hoc Caluin.

ad S. 324. a) Corpus et sanguinem Christi in s. coena substantialiter praeferto esse n. Caluin. Socin. b) Panem in corpus, vinum in sanguinem (dicunt transubstantiationem) mutari a. Pont. c) Unionem sacramentalem etiam extra usum perdurare a. Pont.

Epit. 625. 602. Sm. 330. Decl. 756.

ad S. 325. Calicem benedictum Laicis esse praebendum n. Pont. Conf. 12. Apol. 233; Sm. 330. Decl. 757.

ad

ad §. 326. Corpus et sanguinem cum pane et vino ore manducari et bibi n. Caluin.

ad §. 327. a) In eucharistia promissionem de remissione peccatorum et fidem confir mari et obsignari n. Pont. Anab. b) Missam ex opere operato mereri remissionem peccatorum a Pont. Apol. 250.

ad §. 328. Indignos etiam corpus et sanguinem Christi participare n. Caluin. Socin. Decl. 750. f.

§ 331. *Officia uttentium.* 1. Si probe de te cognoueris 1 Cor. 11. 28. Der Mensch. Ad hanc saepius accedas 1 Cor. 11, 25. Solches thut. 2 Datis viribus utare Io. 15, 2-5. Alia officia sunt fungentium.

Solatia. pete ex §. 326.

Cap. XIX. De ecclesia.

§. 332. *Quid significat vocabulum ecclesiae?*

Congregationem euocatorum ab ἐκκλησίᾳ.

Ergo neque totum terrarum orbem, neque personam nempe pontificem Romanum.

§. 333. *Quid est ecclesia sensu latiori?*

Complexus hominum, qui religionem Messianam & christianam profitentur.

Religio et ecclesia ita differunt, ut illa sit omnium gentium, haec gentis christiana.

§. 334. *Quid est sensu spectaliori et proprio?*

Coetus fidelium, qui omnem salutis spem in Messia collocant.

I

Nen

Non Monarchia, cuius caput Pontifex. Conf. II.
Apol. 144. 146. Cat. M. 498. Sm. 312.

§. 335. *Quomodo ecclesia potest distingui?*

- 1) *Cultu* in veram et falsam.
- 2) *Tempore* in ecclesiam V. et N. T.
- 3) *Societate* in visibilem et inuisibilem. Apol. 147.
- 4) *Loco* in particularem, quae vnius est loci et vniuersalem, quae per totum orbem sparsa est.
- 5) *Multitudine* membrorum in syntheticam, quae est totum corpus ecclesiae; Et repraesentatiuam, quae in conciliis repraesentatur, quae sunt vel oecumenica vel particularia eaque vel nationalia, vel prouincialia vel dioecesiana.

Dividi etiam solet in militantem *) quae[militat] in his terris aduersus diabolum mundum et carnem; et triumphantem in coelis. Nobis tantum sermo est de illa et visibili et inuisibili.

*) Typus exprimitur. 1 Cor. 10, I-II.

§. 336. *Quae est indoles inuisibilis ecclesiae?*

- 1) Nonnisi vere fideles et sancti huius ecclesiae sunt membra Col. 3, 1. s. Senn ihr.
- 2) Arctior est eorum cum Christo capite vno Io. 15, 5. Ich bin der Weinstok.
- 3) Haec sit tantum per veram fidem Gal. 2, 20. Ich lebe aber.
- 4) Singularia ipsi competunt praedicata, ut dicatur una, sancta, catholica, apostolica et perpetua,

§. 336.

§. 337. Cur dicitur una?

Propter unionem membrorum cum capite Christo *) doctrinae unitatem et morum conformitatem Eph. 4, 5. 6. Ein Herr. Conf. 11. Apol. 151.

*) Non episcopo Romano.

1. Unitas non tollitur diuersitate rituum et caeremoniarum, quae pendent alibertate Christiana;

2. Unitati opponuntur primo schismata quae existunt perversis dogmatibus. 1 Tim. 6, 3. 5. So jemand. Contentiosis personarum studiis. 1 Cor. 1, 12. 13. Ich sage aber. Dominatus affectatione 3. Io. 9, 10. Ich habe ver. Innocentium condemnatione 10, 9, 22. 34. Solches sagten. DEINDE syncretismus s. confusio religionum. TANDEM Antichristus, qui vel negat Christum in carnem venisse 1 Io. 2, 22. Wer ist ein. Vel insignis aduersarius Christi. 2 Thess. 2, 3. Lasset euch.

§. 338. Cur dicitur sancta?

A capite sanctissimo Hebr. 7, 26. Einen solchen. Et sanctitate tum imputata 10, 17, 19. Ich heilige mich; tum communicata Ies. 4, 3. Und wer da.

Sin. 335. Apol. 146.

§. 339. Cur dicitur catholica?

Quia membra. 1) Ex omni gente, populo et lingua sunt collecta Apoc. 5, 9. Und singen. Et toto terrarum orbe diffusa sunt. Mal. 1, 11. Aber von Aufgang. 2) Fide catholica, i. e. orthodoxa secum inuicem sunt colligata, Iud. v, 3. Ihr lieben.

132 Theol. dogm. Pars. III. Cap. XIX.

§. 340. *Cur dicitur Apostolica?*

Ob doctrinam Apostolicam, cui velut fundamento superstructa est. Eph. 2, 20. Erbauer coll. Matth. 16, 18.

Ipsi contraria est HAERESIS non vi armorum impugnanda Matth. 13, 28 - 30. Er sprach. Sed verbo Dei conuincenda Tit. 1, 9, 11. Und haltet ob.

§. 341. *Cur dicitur perpetua?*

Quia ad finem usque mundi perdurabit.
Apol. 147.

Adeo tota errare nequit Matth. 16, 18. Du bist Petrus. Etsi scriptura s. florentissimis ecclesiis particularibus, si a puritate deficiunt, comminatur excidium Rom. 11, 22. Darum schaue,

§. 342. *Quae est indoles verae eiusque visibilis ecclesiae?*

Vt eiusmodi coetus hominum, qui religionem Messianam saltem ore profitentur ab aliis, extra hanc communionem errantibus, certissime possit dignosci.

§. 343. *Quotuplicia sunt istius membrorum?*

Genuina et spuria, sancti et hypocritae
Matth. 13, tot. Conf. 11. Apol. 144,
146.

§. 344. *Quotuplex est status visibilis ecclesiae?*

I. Purior. Si in ea doctrina vera, publica professione docetur et congrua vitae sanctitatem

tate exprimitur *) errores et scandala amo-
uentur **) vere credentes numero et austro-
ritate praeualent. ***)

*) Col. 2, 5. Ob ich wohl. **) Rom. 16, 17. Ich
ermahne aber. ***) Act. 4, 32. Die Menge.

2. *Impurior*, si doctrina vera quidem reti-
netur, sanctitas autem vitae apud plures
non respondet Apoc. :, 1. 15. 16. Und dem
Engel.

§. 345. *Quomodo in statu impuriore viuentes
se gerant?*

Quando in dogmatibus fidei recte sentit
et recta docet, non deserenda, neque con-
uiciis proscindenda sed admonitionibus, pi-
is exemplis ac precibus emendanda Hebr.
10, 24. 25. Lasset uns.

§. 346. *Quinam status ecclesiae deterior est
impuriore?*

Status ecclesiae corruptae ac falsae, quan-
do perniciosi errores docentur *) sacramen-
torum integritas cultusque diuini san-
ctitas violatur; scandala vitae vel iubentur
vel defenduntur. **) Et talia haec creden-
da approbanda, imitanda obtruduuntur. ***)
Usus tamen verbi diuini et sacramentorum
non penitus desit.

*) 2 Tim. 4, 3. 4. Es wird eine. **) 1 Reg. 12, 28-
33. Und der König. ***) 10, 9, 22. 24. 34. Sol-
ches sagten.

134 Theol. dogm. Pars. III. Cap. XIX.

§. 347. Quaenam sunt notae diagnosticae eaeque genuinae ecclesiae verae visibilis?

Generatim scripturae s. tractatio *) speciatim puritas doctrinae et legitimus sacramentorum usus. **)

*) Ies. 8, 20. Da nach dem. Io. 8, 31. Da sprach.

**) Act. 2, 42. Sie blieben.

§. 348. Quot sunt ordines ecclesiae?

Tres. 1) Oeconomicus, in quo nascuntur homines ad ecclesiam vocandi. 2) Politicus per quem homines simul ciues sunt. 3) Ecclesiasticus; qui homines et ciues facit christianos.

Hic ordo est naturae. Alius est dignitatis.

ANTITHESSES.

ad §. 334. Ecclesiam quae proprie dicitur n. Pont. Anab.

ad §. 335. a) Ecclesiam diuidi in visibilem et inuisibilem n. Pont. b) Potestatem connocandi concilia esse penes principem n. Pont.

ad §. 337. Pontificem Romanum esse magnum illum Antichristum. n. Pont.

De Papatu vid Sm. 312. s. 330. s.

ad §. 339. Pontificem Romanum esse catholicae ecclesiae caput a. Pont.

Apol. 146. 149. Cat. M. 498. Sm. 312.

ad

ad §. 341. Totam ecclesiam in fundamentalibus fidei articulis errare posse a. Socin.

ad §. 347. Dictas ecclesiae notas n. Pont.

§. 349. *Officia.* a) Ad arctiorem cum Christo capite vniōnem adspira Col. 2, 19. Und hāst. b) Aliis ecclesiae membris inferuias Phil. 2, 2. So erfüllet.

Solatia. a) Deus et nouit et amat et tutetur suos Eph. 1, §. 25. Gott hat. b) Speramus ecclesiam coelestem, Col. 3, 4. Wenn aber.

Cap. XX. De Ritibus ecclesiasticis s. Adiaphorisi.

Conf. 13. 28. Apol. 205. s. Epit. 615.
Decl. 789.

§. 350. Quid sunt?

Modi, circa vel propter cultum externum maxime publicum obseruandi.

§. 351. Quotuplices sunt ritus?

1. Diuini, qui Deum habent auctorem, interim libertati ecclesiae relicti v. c. genuflexio. 2. Humani, ab iis, qui ius habent circa sacra, praescripti, et huius sunt loci v. c. Exorcismus, priuata confessio, crucis signum et quae pertinent ad tempus et locum aliasque circumstantias cultus.

136 Theol. dogm. Pars. III. Cap. XX.

Neutri internam cultus diu rationem consti-
tuunt.

§. 352. Nonne libertas christiana tollit obliga-
tionem tales ritus obseruandi?

Non. Nam libertas christiana non est pra-
ua licentia.

Ergo non tempore abrogandi sunt. Conf. 13. 31.
Apol. 205.

§. 353. Quibus ex rationibus ritus ecclesiasticos
obseruari necesse est?

1. Ut omnia fiant ratione, quae Chris-
tianos deceat. 1 Cor. 14, 40. 2. Ut sit, quo
pietatis studium eluceat.

- a. Ergo non sint superstitiones, impii et scandalosi.
- b. Necessarii sunt, sed non ad salutem. Conf. 28.
41. Apol. 205. Sm. 337.

§. 354: In cuius potestate positum est aut ri-
tus condere nouos, aut tollere anti-
quos?

Principum, quibus summum ius est circa
cultum externum eumque publicum.

Vtrumque non sine summa necessitate.

§. 355. Num ex obseruatione rituum oritur
meritum?

Neutiquam. 1) Matth. 13, 9. Vergeblich.
Rom. 14, 17. Das Reich Gottes. 2) Sa-
pientissima salutis oeconomia tunc videretur
imperfecta, quod nefas esset cogitare.

Cont.

Conf. 15. 30. Apol. 205. Sm. 337. Epit.
214.

§. 356. Num aduersariis cedendum aut notos
ritus praecipientibus aut antiquos prohi-
bentibus?

Id sua quemque conscientia et religionis
libertas monebit, num fieri debeat, an non.

Epit. 615. 789.

ANTITHESES.

ad §. 350. Ex rituum differentia existere
differentiam religionum a. Anab.

ad §. 352. Ritus non esse tolerandos a.
Caluin.

ad §. 355. Ritus ad necessarium Dei cul-
tum et gratiam proinerendam pertinere a.
Pont.

ad §. 356. Cedendum esse aduersariis a.
Adiaphoristae.

C. XXI. De ministerio eccl- esiastico.

§. 356. Quid est?

Ordo peculiaris, qui curam sibi a Deo ha-
bet commissam, per verbi diuini et sacra-
torum usum, quotidie ecclesiam christianam
amplificandi et quod ad ipsius salutem per-
tinet sedulo peragendi.

Doctores ecclesiae audiunt Dei ministri 1 Cor. 4, 1.
Dafür halte. Pastores Eph. 4, 11. Und er hat. Vig-
iles Jes. 62, 6. O Jerusalem.

I

§. 357.

138 Theol. Dogmat. P. III. C. XXI.

§. 357. Ostende necessitatem ministerii ecclesiastici?

1. Deus ipse auctor est, Jer. 23, 21. Iohannes dicit die. 2. Omnia in ecclesia fiant ordine, 1 Cor. 14, 40. Lasset alles. 3. Doctrina coelestis eo celerius propagatur, conseruatur, & contra errores defenditur.

§. 358. Cur Deus homines, non angelos voluit constitui tales ministros?

1. Quia similiter affectus optime ad captum alterius valet loqui. 2. Diabolus angeli speciem induitus facilem nos circumueniendi habet occasionem.

§. 359. Quinam homines huic muneri praeficiendi sunt?

Qui neque facultate doctrinae neque recta morum disciplina sunt destituti.

Interim neque aetas eorum in Scripturis definitur; neque corporis aliquod vitium, quod nec muneri administrando obest, nec scandalum parit, alicui indignitatem conciliat. Dicitum Levit. 21, 17. hoc non quadrat.

§. 360. Qua ratione peruenitur ad hoc munus?

Non propria auctoritate, sed generatim loquendo, vocatione, quae est vel immediata, a Deo ipso facta, qualis erat prophetarum et Apostolorum Exod. 3, 10. Ego gehe. Vel mediata, nihilominus diuina, quae per ecclesiam

siām post ipsorum tempora fieri solet. Conf.
13. Sm. 353.

§. 361. *Quinam gradus speciales statuuntur
ad illud accessum?*

1. Denominatio. 2. Electio. 3. Voca-
tio s. literae 1,3. vocatoriae. 4. Praesentatio
ad examen 5. confirmatio, cum iurat in li-
bros symbolicos. 6. Ordinatio. 7. Inuesti-
tura. Apol. 201. Sm. 334. 352 353.

§. 362. *Vnde minister ecclesiae certus est, se
non contra voluntatem numinis hoc munus subi-
isse s. vocationem internam sibi non
deesse?*

1. Si donis administrantibus et sanctifican-
tibus instructus est. 2. Si conscientia sibi est,
se non prava muneris potiundi via usum fui-
scit. 3. Si naturali muneris satisfaciendi pro-
pensione flagravit. 4. Si singulares mune-
ris fructus ipsum non destituunt.

§. 363. *Quaenam est potestas huius of-
ficii?*

1. nomine diuino publice docendi. Matth.
28, 19. Darum gehet. Conf. 11, 38. Sm. 334.
Cat. m. 360. 2. Peccata remittendi et reti-
nendi Matth. 18, 18. Was ihr. Sm. 352. De
excommunicatione minori Sm. 336. majori
ib. 354. 3. Sacraenta secundum insti-
tutionem Christi administrandi 1 Cor. 11, 23.
Ich habe. 4. Cultum publicum et si non per
fa-

sacrificia propria aut propitiatoria, sed tan-tum spiritualia peragendi Act. 2, 46. 47.
Und sie waren,

Ergo potestas non est politica, Conf. 37. Apol. 292.

S. 364. Num singularis est ipsius efficacia?

Omnino: nam ministri verbi diuini dicuntur regenerare, iustificare et se ipsos saluos facere. 1 Cor. 4, 15. Ich habe euch. Dan. 12, 3. Die Lehrer. 1 Tim. 4, 16. Habt acht.

a. Deus, causa principalis operum gratiae non excluditur. b. Officio mali ministri, quippe quod ipsius Dei est, non omnis efficacia ab iudicanda est.

ANTITHESSES.

ad §. 356. In ecclesia Luth. verum esse ordinem eccl. n. Pont.

ad §. 360. a. Ad hunc requiri vocacionem n. Anab. b. Potestatem vocandi esse penes totam ecclesiam n. c. Lutheri vocacionem fuisse legitimam n. Pont.

ad §. 363. Ministros ecclesiae habere potestatem remittendi peccata n. Enthus.

ad §. 364. Ministerium malorum esse efficax n. Donatistae. Conf. 12. Apol. 144.

§. 365. Officia Doctorum 1 Petr. 5, 2. Weydet. Jo. 10, 12, 14. Ich bin. 2 Tim. 2, 24. Ein Knecht. 1 Tim. 3, 4, 5. Der seinem. 1 Sam. 12, 23. Es sei. Auditorum Matth. 9, 28. Bittet

tet den. 1 Cor 4, 1. Dafür halte. 1 Thess. 2, 13. Da ihr. Rom. 13, 14. Ich weiß. Phil. 3, 17. Folget. Ebr. 13, 18. Betet. Matth. 10, 10. Ein Arbeiter. 1 Thess. 5, 12. 13. Wir bitten.

Solatia Doctorum. Jes. 55, 10 Gleichwie der. Matth. 28, 10. Fürchtet euch nicht. 1 Tim. 3, 13. Welche aber wohl. Auditorum 1 Cor. 3, 21. 22. Es ist alles euer. Joh. 10, 4. 5. Und wenn er. 1 Thess. 2, 19. Wer ist unsere.

C. XXII. De magistratu Politico.

§. 366. *Quid est?*

Ordo, quem Deus ad tranquillitatem et securitatem in terris in primis cultum Dei et disciplinam in ecclesia conseruandam constituit.

1. Politia non repugnat regno Christi, quod quidem est spirituale, sed hoc potius adjuuat. 2. Hunc ordinem esse solere hominibus praesidio, cognoscitur ex magistratus officio, auctoritate et iuribus. Cui in omnibus obtemperent, quae non sunt contra verbum Dei et eius praesidio vtantur. Conf. 14. Apol. 215. Cat. M. 441. 3) Iusta maiestatis s. regalia sunt vel externa v. c. bellum gerendi, foedera facienda cet. vel interna nempe leges praescribendi, iudicia exercendi, quo pertinet ius principum circa saera, codice s. non determinata. Sm. 355. 333. Epit. 571. 4) Vita monastica huic ordini est contraria. Conf. 12. Apol. 216. s. Sm. 336.

§. 367.

§. 367. *Magistratus cuius est originis?*

Diuinae. Conf. 14. Apol. 215. Cat. m. 386.
 Id quod intelligitur a) Ex instinctu naturali, societatem ciuilem ineundi. b) Reuelatione, quae rem confirmat dictis Prou. 8, 15. Durch mich. Exemplis v.c. Mosis Exod. 3, 10. So gehet. Nec non argumentis diu, prouidentiae circa magistratum conspicuae I Sam. 10, 9. Und da er.

§. 368. *Quae est ratio potiundi magistratus?*

Vocatio, olim sine medio facta. qualis est Davidis I Sam. 16. Hodie per media, quae sunt electio, successio et vis armorum.

§. 369. *Quoniam est officium magistratus?*

Generatim cura salutis ciuium et temporalis et aeterna. Ezech. 34, 23. 24. Und ich will. Speciatim triplex, legislatorum, iudiciarum et punitium et adeo etiam bellum gerendi. Deut. 20, 1. Wenn du in.

Abusus est potestatis, cum animis imperare audent.

ANTITHESES.

ad §. 366. Regimen politicum in ecclesia est necessarium n. Anab.

ad §. 367. a) Magistratum esse Dei ordinationem n. Anab. b) Statum Deo placenter n. Anab.

ad

ad §. 369. a) Magistratui competere ius gladii n. Anab. b) Ad magistratum pertinere curam religionis n. Pont. Socin. c) Haereticos ad magistratum admittendos, imo in republica tolerandos n. Pont. d) Potestate magistratus ciuilis clericos esse exemptos a. Pont. v. Cat. m. 386.

§. 370. *Officia magistratum* Sirac. 3, 19. 20. Liebes Kind. 2 Chron. 19, 7. Darum lasset. Deut. 17, 18. 19. Und wenn. 1 Reg. 3, 7-9. Nun hErr. *Subditorum ipsis* Num. 27, 15-17. Und Mose. 1 Tim. 2, 2. Für dir. Rom. 13, 7, 5. So gebet.

Solatia magistr. Rom. 13, 1. Gedermann. Act. 13, 22. Und da. Dan. 10, 13. Aber der Fürst. Apoc. 21, 24. Und die Heyden. *Subditorum* Eph. 1, 20. 21. Und hat. Rom. 13, 4. Denn sie ist. Prou. 23, 26. Gieb mir.

C. XXIII. De statu oeconomico praesertim coniugio.

§. 371. *Quotuplex est societas huius ordinis?*

Triplex, coningalis, paterna et herilis.

§. 372. *Quid est coniugium?*

Legitima et indissolubilis copulatio vnius maris et vnius feminae.

- a) Dicitur matrimonium, quia mulier fit mater.
- b) Antecedunt sponsalia.

§. 372.

§. 373. Quis auctor est coniugii?

Deus, quod probatur 1) Ex ipso discrimine sexus. 2) Ex naturali propensione sexus utriusque erga se inuicem. 3) Ex institutione facta in Paradiso Gen. 2, 21. 4) Ex singulari Dei prouidentia et flexione animorum in coniugiis ineundis. Gen. 24.

§. 374. Coniugium inituri quot sint?

Duo diuersi sexus, nec plures. Vnus mas et vna femina. Coniugium inter duos dicunt bigamiam.

§. 375. Contra bigamiam pugnant?

Polygarnia eaque tam polyandria, quam polygynaecia. Nam

1. Deus bigamiam instituit. Gen. 2, 24. Darum vrid. Et Christus confirmauit. Matth. 19, 4-6. Er antwortete.

2. Expressis verbis polygamiam prohibuit Deut. 17, 17. Er soll. Ergo si nequidem regi multo minus aliis id licere putandum. Ut reliquas rationes, quarum plures obuiæ sunt, taceamus.


Ad obiectiones, quae ab exemplis Abrahami, Iacobí, Dauidis et Salomonis peti solent, respondemus, quod a facti permissione ad honestatem eius N. V. C.

§. 376. Quales sint personæ?

1. Habilis ratione aetatis et potentiae naturalis. 2. Legitimae, ne propinquior aliquis

quis gradus *) consanguinitatis **) aut affinitatis ***) obstat secundum Leuit. 18. 19. Qui gradus in linea s. serie repraesentantur, qua personae ab uno stipite delcidentes apparent.

- *) Est distantia personarum secundum generationes.
- **) Est vinculum personarum, cum una, aut plures ab una descendunt.
- ***) Est vinculum personarum nuptiis contractum; est que triplex mediane vel una vel duabus vel tribus personis v. c.




S. 377. Quomodo diuiditur linea consanguinitatis?

1. In rectam *) inter generantes et genitos eamque vel descendantem vel adscendantem.
2. In collateralem, qua personae sub uno generante sibi a latere iunguntur et eam vel aequalem *) vel inaequalem ***) v. c.

K

Adam



a) *Regulae computationis graduum.* *) Linæ rectæ. Quot sunt personæ genitæ, tot sunt gradus. v. c. Irad ab Adam distat tertio gradu. **) *Aequalis:* quot gradibus persona distat a communi stipe, tot gradibus distat ab altera v. c. Irad a Kenan distat tertio gradu. ***) *Inæqualis:* Quo gradu distat remotior persona a communi stipe, eo gradu distat ab altera v. c. Mahaiael distat a Kenan gradu quarto.

b) *Prohibitiones gradum* sunt vel iuris diu, vel humani. Secundum illud prohibentur.

tur. 1. In linea recta nuptiae in infinitum.
 2. Collaterali aequali nuptiae in gradu pri-
 mo. 3. collat. inaequali nuptiae in gradu se-
 cundo. Secundum hoc sc, Constitutionem
 Elect. Sax. 1. Nuptiae in linea collaterali
 aequali in gradu secundo; inaequali in gra-
 du tertio.

§. 378. *Quomodo ineunda sunt matri-
 monia.*

Consensu tam coniugum non coacto Gen.
 29. quam parentum Deut. 7, 3. Nec minus
 obseruatione rituum ecclesiae.

§. 379. *Cur matrimonia sunt ineunda?*

1. Ad propagatorrem generis humani Gen.
 1, 28. 2. Ad mutuum auxilium praestandum.
 Gen. 2, 18. 3. Ad fugiendas voluptates.
 1 Cor. 7, 2.

§. 380. *Societas coniugii soluitur s. diuortium
 existit?*

Adulterio et malitiosa desertione.

ANTITHESSES.

Ad §. 371. Proprietatem bonorum licitum
 esse n. Anab. Epit. 625.

ad §. 372. a) Coniugium esse sacra-
 mentum a Pont. b) Sacerdotibus licere matri-
 monium inire n. Pont. Conf. 22, Apol. 236.
 Sm. 334.

148 Theol. dogmat. P. III. C. XXII. De Coni.

ad §. 375. Polygamiam defendunt Ju-
daeи, Turcae.

ad §. 378. Ad coniugium requiri con-
sensum parentum n. Pont.

§. 381. Officia coelibum 1 Cor. 7, 32. Wer
ledig. Nuptiorum Gen. 24, 7. 12. 13. Leuit.
18. Coniugum Tob. 8, 4, 6. Darnach ver-
mahnte. 1 Cor. 7, 29. Die da Weiber. Viri Col.
3, 19. Ihr Männer liebet. 1 Petr. 3, 7. Ihr
Männer wohnet. Vxoris Col. 3. 18. Ihr Weib
seyd. Eph. 5, 33. Das Weib. Solatia Cae-
libum. 1 Cor. 7, 28. So du aber. Coniugum
Gen. 2, 18. 22. Es ist nicht.

S. D. G.



Fartyt v. P. L. Schenck. Dr. C.
spainb. Goldfranck. 1811.
van d. D. J. Schel
Takings b. Cotta 1811.

J. Schafft. I. Schafft.
D. Schafft. C. Schafft.

143353

(x226 2286)



Farbkarte #13

COMPENDIVM
THEOLOGIAE
DOGMATICAЕ

CV M

ALLEGATIONIBVS L. L. SYMB.

AD EDIT. RECHENBERGI

S V B I V N C T I S A N T I T H E S I B V S

NEC NON

OFFICIORVM ET CONSOLATIONVM
QVIBVS DAM GENERIBVS

AVCTORE
IO. CHRISTIAN LANGBEIN
LYCEI ARNSTAD. CORRECTORE.



ERFVRTI
LITERIS SAVERLAENDERIANIS
M DCC LX.

S Y M T I B V S A V C T O R I S